



*Df 80* **Sammelband**













10. 77  
COMMENTATIO

De

HOPLOPHORIA

SEU

ARMORVM GESTATIONE

AD

Pleniorem *L. unic. Cod. ut armorum*  
*usus &c. intellectum directa.*

QUAM

C. R. A.

SUB PRÆSIDIO

Dn. JOH. OTTONIS TABORIS,  
JCTI ET IN ACADEM. ARGENT. PRO-  
FESSORIS PRIMARII, PRÆCEPTORIS  
sui plurimum colendi

*Publicè defendendam suscipit*

CLAMER LEDEBAUR,

Eq. Ravensb.

*Ad D. 1. Novemb.*


ARGENTORATI

Typis JOHANNIS PHILIPPI MÛLBI,  
ET JOSIÆ STÆDELII,

---

Anno M. DC. LI.









SERENISSIMO POTENTISSI-  
MOQUE PRINCIPI AC DOMINO  
DOMINO

FRIDERICO WILHEL-  
MO, MARCHIONI, BRANDEN-  
BURGENSI, SACRI ROM. IMP. ARCHICA-  
MERARIO, AC ELECTORI, MAGDEBURGI,  
BORUSSIAE, IVLIACE, CLIVIAE, CASSUBIORVM, VAN-  
DALORVM, ET IN SILESIA CROSNAE ET CARNOVIAE DVCL,  
BYRGRAVIO NORIBERGENSI, PRINCIPI HALBERSTADENSI ET  
MINDENSI, COMITI MARCHAE AC RAVENSBERGAE, DOMINO  
IN RAVENSTEIN, ELECTORI ET DOMINO NOSTRO  
CLEMENTISSIMO.

*FELICITATEM.*



Ummâ, Celsitudinem tuam, clementiâ hacte-  
nus parentem nostrum fovisse, ejusque cardi-  
nalis magnorum Principum virtutis commo-  
da ac veluti rivulos ad nos quoque redundasse,  
non solum haut diffitemur verum his vadati beneficiis  
gratissimi ex adverso animi, devotique obsequii documen-  
ta humillimè edendi, omnem quotidie quærimus occa-  
sionem. Dum verò tenuitas nostra omnem nobis hacte-  
nus facultatem subducit, quo minus voti religione nos  
exsolvamus utcunque eam undique captemus, & circum-  
spiciamus: Eam substituere interim voluimus, quam stu-  
diorum nostrorum ratio nobis suppeditat. Intelligimus  
has



has de jure armorum diatribas, quas, dum præstantiora  
molimur, T. Celsitudini totique Serenissimæ domui  
Brandenburgicæ offerre voluimus, tanquam publicæ fi-  
dei & obligationis tabulas, nos eidem vivere & fore ob-  
strictissimos, certa spe freti Serenitat. T. pro magnitudi-  
ne, quæ ubique celebratur, clementiæ, audaciæ hujus gra-  
tiam nobis esse facturam, eoque animo, quo Attaxerxes  
Sinetæ rustici vilissimum aquæ munus in vola manus ob-  
latum cum voluptate accepit, consimili lubentia, quod  
nunc tholis throni tui appendimus anathema esse admis-  
suram. Insuper etiam rogamus & obtestamur Elector  
Sereniss. quanta possumus animi subjectione, ut humil-  
limos tuos clientes totos tibi obligatos gratia tua porro  
clementissimè prosequi, & si qua in parte tibi tuisque pro-  
vinciis, ulla ratione servire poterint, operam illorum  
non dedignari velis. Quod si obtinuerimus, voti sum-  
mam nos consecutos putabimus. Interea illum qui so-  
lus potest præstare omnia, devotè indes venerabimur, ut  
Celsitudin. Tm. plurimorum mortalium bono reique  
publ. emolumento diutissimè sospitem & florentem velit  
jubeatque, ac omnia coepta tua secundet, illaque ad finem  
successu perducatur lætabili ac exoptato. Dabamus ex Acad.  
Argent. 29. Octobr. M. DC. LI.

*Serenitat. T.*

*omni obsequio addictissimi*

Clamer }  
Gerhardt Jaen } Ledebauren  
Fratres.





DE HOPLOPHORIA,  
sive Armorum gestatione,  
Commentatio,

Ad pleniorē *L.un.C.ut armorum usus.*  
intellectum directa.

C A P. I.

*De Distinctione nominis, definitione item, atque  
divisione hujus juris.*

T H E S I S I.



Non est equidem fraudandus laude suâ Vir Cl.Dn. Va-  
lentinus Volzius, J.C. & in *Incluta Tubingensi Academia,*  
*olim, Antecessor celeberrimus,* ob præclaram, in studio ju-  
ris criminalis, navatam operam; quam tanti æstimâ-  
runt duo Eximii J.Cti, ut, exemplo Veterum, notis suis eandem il-  
lustrare instituerint. Ambigo tamen, annon aliquid humani  
passus sit Vir Excellentissimus, quando in *Comment. ad L. Cornel. de  
Sicar. cap.4.n.6.* censuit: Diligenter admonendos esse Lectores, ne  
ex eo, quod J.Ctus in *l.1. §. Divus.3. ad L. Cornel. de sicar.* scribit: *si quis  
gladium strinxerit, & in eo percusserit,* non amplius hodiè, ut  
olim, evidentem & urgentem doli mali, i.e. animi ad occidendum  
meditati, (& ut Itali Dd. parùm Latinè loquuntur, pensati, v. *De-  
cian.3. consil.104.*) atque parati præsumptionem emergere; siqui-  
dem gladiatorum gerendorum usus, olim legibus prohibitus, ho-  
diè consuetudine permissus sit v. *Consil. de jure aggratiandi Mecklenb.  
hoc Anno exaratum, quod inf. subjiciemus.*

2. Est hæc, scilicet, labes quædam seculi nostri, vel po-  
tius Dd. quorundam, ut, ubi paulò majorem, in Legibus, ad-



verterint difficultatem, illicò pronuncient, hunc textum esse usu abrogatum, vel etiam corrigatum: (uti male consultos Juris-Consultos, solœcismo solenni traducit & ridet Dn. Mejerus, in *præfat. tom. 1. Colleg. Arg. pag. m. 11.*) Nimirum, supponit Voltzius, cum nonnullis aliis, *v. tr. de Aphoplismo: cap. 3. thes. 7. pag. 62.* quòd falsissimum est: jure Romano absolutè gladiatorum gerendorum usum, legibus fuisse prohibitum; Et hinc *legis 1. §. 3. Ad L. Cornel. de Sicar.* decisionem manasse: Supponit etiam ex adverso, quòd minimè concedendum est, Hodie consuetudine armorum usu permissio, definitionem *d. l. 1. §. 3.* locum ampliùs non habere. Quam utramq; assertionem, à vero longissimè abire, geminà dissertatione liquidissimum, spiritu Domini opitulante, efficiemus. Idque eò commodiùs, quòd nuper prima pars *l. un. C. ut armorum usus. De prohibito armorum usu,* sit exposita: Unde ordo exigere videbatur, ut ex limitatione, legi adjunctà, *de concessio armorum usu,* præcipua capita exponantur: Quibus scil. personis quibusque casibus, Imp. armorum usum concesserint: Et quibus hodiernum rectè concedatur & usurpetur.

Ratio & or-  
do tracta-  
tionis.

3. Concessio armorum, respicit *vel* solam possessionem; *vel* conjunctam gestandi facultatem; *vel*, præter gestationem, usum, in actu exercito designatum. *De priore,* satis dictum, *in parte prima, cap. 3.* Consequens est, ut de altera nunc potissimùm agamus: Quæ concessio, τὴν ὀπλοφορίαν, s. jus gestandi arma qualiacunque, respicit: & in primis speciem frequentiore[m] τῆς ξιφηφορίας, sive gestationis gladii. Etenim arma, quæ homines potissimùm (ne obstet Nov. 85. c. 4.) affectant, sunt tum gladii; tum bombardæ, aut jacula. Unde apparet, vocem ὀπλοφορίας latius patere [*Ab interprete Nov. 17. cap. 17. in f. nimis latè ad omnem usum producitur, cum vers. μηδὲ ὀπλοφορεῖν, vertit. neque armis uti.*] quâ proinde hîc deinceps potissimùm sumus usuri. Posset ea quidem etiam, ex subjectis distingui, quòd alia sit universalis, cum alicui populo, provinciæ, civitati, jus armorum capeffendorum tribuitur: Alia specialis, cum singulis civibus, facultas ista conceditur; Et de hac, nobis potissimùm, agere, est constitutum.

4. Facultas ista, arma gestandi, sive jus τῆς ὀπλοφορίας, Est potestas, arma ad usum licitum gestandi, jure communi, vel speciali, concessa. s. Dico,



5. Dico, jure communi: v. *Arnif. lid. 2. de jur. Majest. cap. 5. pag. 341.* Falsum enim est, quod nonnulli supponunt: Gestationem armorum, nudam & innoxiam, jure Romano, simpliciter fuisse prohibitam: prout rectè hæcenus advertit *Decianus, lib. 8. tract. Crim. cap. 4. n. 5. vers. Neque obstat. & vers. Item moveor. Add. cum Capolla, Polyd. Ripa, de nocturnis temporibus, cap. 5. n. 9.* Malè abusi textu nostræ *l. un. C. ut armor. us. Balth. Conrad. Zahn. Ichnogr. Municip. cap. 82.* Qui, de nuda ὀπλοφορέια accipi non debet, v. d. *part. 2. cap. 1. §. 11. & cap. 3. §. 1.* Nam & ipsâ *L. Juliâ*, gestatio armorum, ex certis causis, concessa erat: Nempe (1.) Venationis: (2.) Itineris: (3.) Navigationis: *l. 1. ad l. Iul. de vi publ.* (4.) Et Defensionis: *l. hi qui ades. 11. §. ult. d. t. v. tr. de Aphoplismo, cap. 3. §. 7. pag. 63.* Quæ postrema causa, licet generalis sit, non tamen omnibus præstat gestandi arma, & eludendæ prohibitionis facultatem: siquidem (1.) non cavillatoria exculatio, in *d. l. 11. §. ult.* recipitur; sed seria & probata: cum quis, insidias sibi paratas, adeoque se coactum fuisse, arma assumere, ostenderit, quibus salutem suam, contra machinationes adversarias tueretur: Quid? quod (2.) in *d. l. 11. §. ult.* non illud dicitur: Eum, qui telum gestat, præsumi tutelæ causâ, gestare; adeoque licitè & rectè facere: sed eum, qui telum, salutis sue tutandæ causâ gestaverit, (subaudi, idque probaverit: uti sanè omnis allegatio, contra legis prohibitionem & præsumptionem, prolata, necessariò probanda est: *l. sive. 16. l. matrem. 17. C. de probat. l. 2. D. eod. l. doce ancillam. 9. C. de R. V.*) non videri, (quod Adversarius objectabat & accusabat) hominis occidendi causâ portare: Cum delicta non præsumantur; maximè, si aliâ qualibet justâ causâ, doli suspicio purgetur. *conf. tr. de Aphopl. cap. 7. §. 5. pag. 93.*

6. Sed & extra has causas, singulariter concedi solet quibusdam personis, ut sic loq. jus ὀπλοφορέιας, vel ob dignitatem, & prærogativam; vel ob muneris necessitatem: De qua concessione, hæc potissimum dispiciemus. Neque tamen consuetudinem plane excludimus, cujus sanè ubique magna vis est: 2. *Feud. 1.* maximè, principe conivente: ut adedò dicere queamus: Concessionem *aliam* esse expressam; *aliam* tacitam. Hanc induci consuetudine, *Decian. d. tr. lib. 8. cap. 4. n. 5. vers. item moveor.* Illam, lege aut privilegio. Privilegium esse, vel reale; vel personale. *Baro Enenckel de privileg. in genere lib. 2.*

cap. 1.

*L. 11. §. ult.  
Ad l. Iul. de  
vi publ. no-  
va & ulte-  
rior expli-  
catio.*



cap. I. Dd. in l. privilegia. 196. ibi: *quadam causa sunt, quadam persona.*  
*de Reg. jur. l. 4. §. antep. de aqua quotid. & astiv.* Posset etiam à modo  
 concedendi, distinctio induci; quod alia sit ordinaria; & commu-  
 nis alia extraordinaria & peculiaris.

## C A P. II.

*Penes quos sit Facultas, armorum jus & gesta-  
 tionem tribuendi?*

1. **I**N statu purè Monarchico, cum penes unum & solum Imp.  
 Romanum, universa Reipubl. potestas existeret, facultas ista  
 haut dubiè, apud solum Principem residebat: *per text. nostram l. un ibi:*  
*Nobis insciis, atque inconsultis. C. ut armor. usus.* Unde & frustranea est  
 dubitatio, quam movet Lucas de penna *ad hanc l. n. 19.* An præses  
 provinciæ, olim etiam hanc licentiam concedere potuerit? Quod  
 rectè negat Afflictus, *in cap. 1. §. si quis rusticus. n. 18. lib. 2. F. 27. per No-*  
*vell. 17. in f. ibi: Neq. quenquam armis uti permittes, qui de numero mili-*  
*tum non sit. Conf. supr. de Aphopl. cap. 2. §. 6. & 12.* postquam autem,  
 Romano Imperio in multas particulas scisso, *ut loquitur Wesenbec.*  
*consil. 60. n. 30. p. 148.* cum cæteris Regalibus majoribus, *v. Ernest.*  
*Cotbmannum. §. respons. 1. n. 51.* etiam armorum jus, statibus, quadan-  
 tenùs communicatum est, *v. tr. de Fabric. armor. cap. 1. thes. 18. & seqq.*  
 cœperunt Imperii status, usu exigente, & *in universum* subditos ar-  
 mare: & *seorsim* singulis, ex causa vel officii, vel dignitatis, *ὀπλοφο-*  
*είαν,* veluti jure privilegiario, dilargiri. *v. Ant. Matthai, tract. crimin.*  
*lib. 48. tit. 4. ff. cap. 4. pag. 510.*

2. Animadvertere licet, Alios in hoc argumento, Stati-  
 bus, etiã inferioribus, nimis liberaliter indulgere; Alios ex adver-  
 so, nimis tenaciter & injuriosè invidere, prout quemq; sua affectio  
 in hos, odium in illos, distrahit. Sunt, qui absolutè pronunciant,  
 Quemlibet Statum, in suo, posse omnia & singula, quæ in absolu-  
 tis, independentibus imperiis, summa possit Majestas: *v. post infini-*  
*tos, Besoldum. 2. consil. 79. pag. 321. n. 17. & 19.* Etiam universam le-  
 gislationem juris civilis, nedum hanc vel illam particulam, tolle-  
 re: *v. idem Besold. cum alleg. 2. cons. 72. pag. 303. n. 15. Conring. de orig. jur.*  
*Germ. cap. 33. p. 201. ibi In potestate singulorum ordinum situm est,*

*illius*  
 juris



PENES QUOS SIT FACULT. ARMOR. JUS & GEST TRIB. 113  
*Juris omne, quod quidem ex constituto valet, rursus abrogandi, atque olim  
libere illud quoque admiscere. Et sic armorum quoque gestationem,  
contra juris Civilis prohibitionem, cuilibet promiscuè, proque  
libitu, concedere. Sunt è diverso, qui Statibus multa, contra con-  
suetudinem, & jus receptum, temerè detrahunt: In quibus Autor  
Autonomiæ, ejusque sequaces primas facillè partes tuentur. v. not.  
d. tr. de metat. c. 6. §. 9. Audiantur Vnitorum Legati ad Bavar. Pr. E. in re-  
plicas ap. Merian. in An. 1619. pag. 273. B.ibr. Weiln absonderliche Wer-  
bungen wieder des Reichs herkommen.*

3. At Moderatiores hic Imperatoris & Imperii Autorita-  
tem, utrobique respiciunt; *Ipsè Besold. 2. consil. 79 pag. 321. n. 21. &  
seqq. Et vel in primis in jure armandi circumspectè loquuntur. Se-  
reniss. El. Saxon. in resolutione puncti der Verfassung ap. Meria-  
num in An. 1631. p. 283 ibi: zugleich auff den äussersten nothfall zube-  
dencken / wie man sich / da alles einwendens vnd buttens ungeachtet /  
doch militari manu verfahrè werden solte / man wider dieselbe sich / ver-  
mittelst billicher defension schützen köndte. Et pag. 284. ibi: Salva  
utrobique C. M. autoritate. Adhib. die Bayerische Antwort. auff  
der Vnirren gesandten replic. apud Lundorp. lib. 4. cap. 15. & apud  
Merian. in Anno 1619. p. 275. b. med. ibi: Allein wissen S. J. D bey  
diesem passu der replic nicht / d; die absonderliche Werbung wider des  
Reichs vnd Creiß verfassungen oder herkommen sey: weil di. selbe keinem  
stande in äusserster gefahr verboten / sondern auff gewisse maß / so  
weit man derselben nachkommen kan / zugelassen. Quemadmodum  
omnes cordati in quæstione, de abrogatione legum, prudenter re-  
quirunt, utrum Imp. & Imperium, abrogationi consentiant; vel  
saltem conniveant: An verò, contra pravas usurpationes, serio,  
verbis aut factis, protestentur. v. omninò *Stammium lib. 3. de servitut.  
personal. cap. 8. Treutl. 2. disp. 18. §. 9. lit. c. ubi cum Mynsing. & alii scribit:  
Ex immemoriali tempore presumi consensum Imperatoris. Qualis (sanè  
contra Novatores & Vicelianistas notabilis) protestatio reperi-  
tur in Chur. S. erklärung auf Kaiserl. leg. anbringen / apud Meria-  
num in Anno 1631. p. 309. A. ibi: weil nach so weisem vorrestlichem  
Rath des ganken Reiches Haupt vnd glieder befunden worden / das  
Salus & gloria populi, in vnverruckter observanz der heils-  
samen geseze einig stünde.**

P

4. Quid





4. Quid ergo in presenti problemate dicendum? An Status imperii, jus ὀπλοφορίας, alicui privato, dignitatis vel muneris causâ rectè concedet? Id vero sequestratis nō levibus dubiis; adfirmandū tamen Nobis videtur. Cum enim ordines Imperii nostri, non amplius præsidibus provinciarum, uti perperam censuit Henning. *Gæden. consil. 32. n. 20. & 21.* nec Magistratibus Romanis aliis, æquiparentur. vid. omninò *Ioh. Herman. Stam. lib. 3. de servit. personal. cap. 10.* Ut cunque prærogativis eorum nonnulli gaudeant: v. *Wesenb. parat. D. A quib. appellat. non lic. n. 2.* (Cum veteres illi, non fuerint perpetuarii provinciarum possessores, nedum proprietarii: *Ern. Cothman. 5. responder. 1. n. 52.*) Sed potius, summis Principibus quadantenus comparandi veniant, ita accipe *Wesenbec. consil. 21. n. 28. Stam. d. loc.* quippe qui superioritatem territorialem, h. e. jus & potestatem, summi, post Imperatorem, Imperii & dominatus habeant; *Christoph. Ming. de superiorit. territor. 0. 7.* & pleraque omnia in suis territoriis possint, quæ Imp. in Imperio, post *Bald. in l. donationes. 26. C. de donat. int. vir. & uxor. citati supr. de Fabr. armor. cap. 1. 0. 19. f. & fufius in tr. de metatis cap. 6.* Idèd inquam, potestatem hanc, jus ὀπλοφορίας concedendi, ipsis denegare non possumus. Nam cum ex consequentia dictæ superioritatis, jus armorum, generaliter & formaliter sumtum, hætenus sibi vindicent, ut militem cogere, ad propriam, & aliorum salutem possint, teste iterum, inter alios exoticicos, etiam *P. Jovio, lib. 32. histor. pag. 642. ubi ait: Germaniæ Regulos, vetusto Gentis more, nefas putare, mutuam opem implorantibus, armis suis deesse. Suffragantibus Constitutionibus (qua horsum allegari solent,) Imperii, de Anno 1526. S. Darauff. Ann. 1548. 55. 70. & c. Wabremund. ab Ehrenberg, lib. 1. de fæderibus, cap. 2. n. 56.* Itemque, delectum agere, *Recess. Imp. de An. 1564. S. Ferner/ diewel.* Copias educere, consensu ducis circularis: *Recess. August. de Ann. 1566. S. Denversfel. v. iterum tr. de metatu d. cap. 6. S. 3. & hujus cap. S. 3.* Eaque jura fanè multò maxima, idèd sibi eripi nullatenus patiantur, quod Romanorum armis indomiti, & vetere militiæ gloriâ, & antiquâ libertate, supra cæteras gentes, omnibus seculis, absque ulla dubitatione floruerint, fatente *P. Jovio, lib. 30. histor. sui temporis, pag. 554. & consonante Thuano, lib. 61. histor.* Utique etiam hoc jus ὀπλοφορίας, quod longè minoris est præjudicii & generali illi haut dubiè inest, in potestate ipsorum relinquendum erit.

§ Eo.



5. Eodem modo videmus ex inveterata quadam consuetudine, Principes Imperii, Duces, Marchiones, Landgravios, Comites, Barones, &c. Vasallos benè meritos, de certis castris, pagis, prædiis, vel manfis, (uti posterioris ævi scriptores, domicilia sub urbana vocant, v. *Vossium lib. 3. de Vitis. sermonis p. 493. in verb. mansuarii: vel maneriis, uti Innocentius 3. appellat in cap 50. de appellat.*) aliquando cum omnimoda jurisdictione, investire, aut subinfeudare; *Wesenbec. cons. 45. n. 36. Coler. de processib. execut. cap. 1. n. 127. A. Kohl. de subfeud. cap. 1. n. 71. & seqq.* Utcunque olim soli Imperatores, Jurisdictione illâ superiori, & gladii jure, clientes suos investierint. *Sachs. Landr. lib. 5. artic. 53. §. feudalis.* Quidni itaque iidem Status, insignia hæc potestatis & honorum, v. *sup. protheor. de armis in genere, pag. 10. §. 10. & seqq. Höping. de jur. insign. cap. 8. n. 56. & seqq.* possint dilargiri: argumento à signo, ad rem signatam ducto: de quo, præter *Topicographos, benè Mascard. conclus. 551. Besold. Thesaur. pract. verb. Wappen. Wehner. in observat. voce, Helm vnd Schildt. Tuscus lit. A. conclus. 516. n. 6.*

6. Quin & alii, qui Regalia jura, inprimis nobilitandi, vel non habent, vel non exercent: ministros tamen suos, Cingulâ jure solent donare, certisque ceremoniis, facultatem armorum gestandorum, iis committere: *Sie machen sie wehrhafftig: Qua de re infra nonnihil dicitur; Ut aded, in Nobilibus immediatis, tantò magis, id admittendum sit, puta Franconiæ, Sueviæ & Rheni: Gail. 2. observat. 62. num. 3. vers. Secus, si subditos habeat, & ius territorii, sive Universitatis: Wesenbec. consil. 60. n. 30. vers. postquam imperium scissum est. novissimè D. Kreideman / von des Deutschen Adels Staat / Stand. &c. inprimis pag. 6. & 60.*

7. Nec civitatibus Imperialibus, regale hoc Armandiæ, 2. P. 56. denegandum videtur: Quin, usu & necessitate exigente, subditos armare, & gestationem armorum non tantùm permittere; sed & imperare planè solent: per ea, quæ de jure lustrationis, & exercitii militaris, ac societate sagittariorum: *der Schützen Gesellschaft / etiam municipiis adserit D. Balthasar Conrad Zahn. de jure municip. cap. 82. pag. 216.* Nec dubitandum aded, quin pro arbitrio, Resp. interdiceret aliis; aliis verò concedere, arma hæc vel illa, queat: Quemadmodum in causa quadam *Doliariorum, ob-*





servavi, cum An. 1638. 28. Julii, decretum esset: Daß den Meistern  
 Kübler Handwerks/ vnd dero Gesind/ Kieffer. vnd Bandmesser zu-  
 tragen etc. bißdahero nicht gebühret; Sondern/ Sie daran zu viel/ vnd  
 vnrecht gerhan: Derwegen/ Sie sich derogleichen forthin müßigen/  
 vnd davon absteheh/ Hierinnen den Kieffern/ (vnd auch sonst in  
 ihrem Handwerck/ mit Wein ablassen etc.) keinen Eintrag thun sol-  
 len/ bey straffe 5. lb pfennig/ so offte ein anders beschihet: postea, ad  
 condemnatorum remonstrationem, Decretum id, An. 1648. 8. Ju-  
 lii, ita mitigatum, declaratumque fuisse: Daß den Meistern Kü-  
 bler Handwerks/ vnd dero Gesinde/ Kieffer. Messer zu tragen/ hier-  
 mit wiederumb verstatet/ vnd zugelassen sein solle etc.

8 Dignitatis autem, vel prærogativæ cujusdam nomine, non  
 solent Civit. Imp. aliquem cingulo ornare, ut extra territorium  
 quoque suum ( præter eos, qui de corpore Magistratus sunt, & per  
 totum Imperium meritò honorantur; quive his à latere sunt, &  
 obsequio) gladium, juris quâdam prærogativâ, gestare queat: vel,  
 quia Civitatibus Imperialibus, jura territorii realia potius, quàm  
 personalia v. G. *Acac. Emenckel. lib. 2. de privil. in genere, c. 1. n. 2. & seqq.*  
 competunt; uti nonnulli volunt, *apud Christophor. Mingium, de su-  
 perioritat. territor. thes. 44.* vel quia jura talia exercere non con-  
 sueverunt.

9. De civitatibus Municipalibus exaudio, quod Decian.  
 8. tract. crimin. 3. n. 20. scribit: Priores & Deputatos civitatum non  
 posse, pro arbitrio statuere, quod quilibet possit portare arma, ni-  
 si causa adfit multum urgens, quæ tamen exprimi debeat, quia tale  
 statutum, sit contra leges superiorum. Utcunque jus civium, in  
 armis exercendi, eis consuetudine, vel privilegio, tributum sit,  
 aut competat. *D. Zahn in Ichnograph. Municipali, cap. 82.* Solet ta-  
 men quandoque, hujusmodi Magistratibus mediatis, talis etiam  
 facultas concedi, ut ostendit statutum Academiae Patavinæ, quod re-  
 fert Decian. d. l. n. 59. quo Rectori Legistarū tribuitur facultas dandi  
 licentiam armorum, tribus suis sociis, & Rector Artistarum, itidem  
 potestatem habet, tribus Collegis eam licentiam conferendi.

10. Occasione superioris Exempli, (quo Rectoribus Uni-  
 versitatum Academicarum aliquarum, conceditur facultas, certo  
 studiosorum numero, ex quæ eo selectissimis, jus ἐπιδοχείας confe-  
 rendi)



tendi,) porrò quærit Decianus: si unus creetur Rector utriusque universitatis, an tum licentiam, pro sex dare possit; vel pro tribus tantum? Et respondet, tenendum esse, quòd sic: Quà ipsà responsione, suspensum lectorem divinare vult, ut rectè Dn Brederodius annotavit. Putàrim, concursum duplicis potestatis, non tollere alterutrius effectum: concessione autem superioris, non opus esse existimàrim, in iis universitatibus, ubi Rector merum imperium habet, ut in Academiâ Parisiensi, Bononiensi, Pisanâ. *Cothman. respons. Acad. 1. n. 133.* Heidelbergensi, Ingolstadianâ, Tubingensi, Lipsiensi, *Dan. Otto, de jur. publ. cap. 24. pag. m. 500. Conf. Heig. part. 2. quest. 11.*

## C A P. III.

*De Subiecto recipiente, sive C. h. e. De personis, quibus armorum usus, regulariter aliàs prohibitus, permissus sit?*

**N**UNC de iis, qui arma gestare possint, dispiciendum est. [Notavit hac rubrica alteram partem Novellæ 85. Julianus antecessor, Constitutionem suam 79. sic inscribens: De Fabricensibus, & qui arma gerere possunt. Verum quia in d. Novel. de armorum gestatione nihil ex professo tractatur; sed tantum incidenter dicitur: prohibita armorum fabricatione inter privatos, id commodi ad publicam tranquillitatè redundaturum, ne cives, aut rustici armis utantur invicem & necem intentent *ὄπλοις κερσῆσθαι καὶ ἀλλήλων.* Rectiùs juxta Græcum exemplar, de Armis solùm inscribitur.] Et potestatis quidem ratione, olim in Imp. Romano, nonnulli Magistratus **JUS GLADII** habuerunt. Nam, Magistratus alii erant Majores; alii Minores: quos in libera Republ. auspicia majora & minora in Comitiiis, ab invicem secernebant. *v. Sigon. lib. 1. de Antiq. jur. Civ. Rom. cap. 7.* Occupatâ verò eâ, per Imp. Comitiiisque exoletis, quibus Princeps Imperium & potestatem dedisset, Majores dici cœperunt: Qui sine imperio & potestate tali essent, Minores: *l. nec Magistratibus. 32. ff. de injur. lan. Guilielm. de Magistrat. Pop. Rom. cap. 2.* & notabiliter, *Sigon. lib. 3. cap. 56.* scribit: Omnes Magistratus, tam urbanos, quam provinciales, ci-

Quæ veterum, ea in re, Magistratuum conditio fuerit, conjectura.



vilem potestatem habuisse; verum alios majorem, alios minorem: Quæ minor fuerit, eam præcipuè potestatem dictam, quæ major, eam non potestatem solum, sed imperium etiam appellatam. Unde inferimus: Quibus Magistratibus, vel jam olim; vel hodiè, imperium merum, & major potestas concessa, i. e. gladii potestas

[Aliquando tamen gladius, animadversionem in specie notat, quæ fit gladio, v. Cujac. lib. 1. qq. Papin. in l. 1. De offic. ejus, cui mand. pag. 14. B. Unde explicandam censet Ælii Spartiani relationem, de cæde Papiniani, quam sic ille, in Antonino Caracalla, describit: Deinde, in conspectu ejus, Papinianus securi percussus est, & à militibus occisus: Quo factò, percussori dixit: Gladio te exequi oportuit meum jus. Adhæc scribit Cujac. d. loc. se non videre, cur id Antoninus dixerit, nisi quòd animadverti jussisset: siquidem, qui jubeant in aliquem animadverti, propriè gladio punire velint. Conf. Brisson. in verb. animadvertere. junct. l. 8. §. 1. de pœn. Notat & hoc Cujac. ib. Merum idè imperium, desiniri à majore parte sui, jus gladii s. ferri, ut vocet Lucanus. Et in libris nostris: Damnare ad ferrum, sit, damnare ad gladium.]

ad animadvertendum in facinorosos facta, l. quæcunque. 1. D. de offic. ejus, cui mand. est jurisd. l. solent etiam. 6. D. de offic. procons. l. nullus potest. 70. ff. de reg. jur. l. is inq. etiam in signe hujus imperii, (Cujus summus gradus, mortis pœna, tempore Jctorum, præter crucem & cremationem, Paul. 5. sentent. 17. ubi Cujac. gladio, ut olim securi, infligebatur: l. aut damnum. 8. §. Vita adimitur. 1. D. de pœn. l. illicitas. 6. §. qui universas. pen. D. de offic. prasid. Cabott. 2. disp. 5. Bodin. 6. de Republ. 6.) Secures & gladii tributi fuerunt; & postea Cingulum; quod Græci, Ζώνη appellant: Panciroll. 1. variar. c. XI. Cingulum autem dextro humero impositum, obliquè ante pectus, & post tergum, ad sinistrum latus, descendebat, cui in imo ensis alligabatur: Ut in notitiâ dignitatum, in Consularibus Palestinæ & Campaniæ cernitur; quorum Cingula purpurea aureas bullas insertas habebant; qualia Virgilius describit 12. Æneid. Vers.

— infelix humero cum apparuit alto  
Balteus, & notis fulserunt cingula bullis:

Ensis cingulo alligatus, parazonium vocabatur: Panciroll. d. cap. XI. pag. 23.

2. Impe-



2. Imperium merum, (ne quid in terminis peccemus, aut prætereamus) antiquissimis temporibus, dicebatur, quod separatum esset, à Jurisdictione; (non enim ab initio, Magistratibus cognitio criminalis demandata erat, ne Consulibus quidem; *l. 2. §. 23. de O. I.* sed solus populus morte multabat: *Polyb. lib. 6.*) Tempore autem Impp. merum Imperium aliquibus Magistratibus, jurisdictionem, propriè dictam habentibus, specialiter concedebatur, & sic in Magistratum nonnullorum personâ, & jurisdicção civilis, & publici judicii executio, concurrebat: illa, more majorum, p. Magistratus; hæc, ex speciali concessione. Nam quia, nonnulli Magistratus suprema potestate, integris præficiantur provinciis, absurdè & ineptè, in singulis causis, specialis principis jussus, (ut olim, quanquam & postea universalis Executio, ex lege data fuerit, Prætoribus publicis judiciis, & perpetuis quæstionibus præfecto, *d. l. 2. §. capta. 32. D. de O. I.*) expectandus fuisset. *Bachov. 1. disput. Treutl. 3. §. 6. lit. E.*

3. Hinc pronunciare licet, cur Consulibus olim, non secures; sed fasces Virgarum duodecim, (anteà 24. v. *Dionys. Halicarnas. l. 5. Dion. Cassium, lib. 5.*) prælati fuerint: *Briffon. 3. select. antiquit. 14. Dr. Gothofr. ad l. hunc titulum. 1. §. secundo loco. 5. verb. insignia. D. de postul. Dictatori autem duæ secures, Forster. histor. iur. civil. lib. 1. cap. 17. n. 12.* haut ambiguum summi Imperii signum: *Sueron. in Galbâ cap. 8. in fin.* quòd scilicet huic; non æquè illis, animadversio, in caput Civis Rom. competierit. *d. l. 2. §. 16. 18. 23. D. de O. I. conducit l. relegatus. 14. §. 2. de Interd. & releg. Diss. Cujac. in d. l. 1. de offic. eius. ubi Consuli etiam ius gladii tribuit.* Quemadmodum in provinciæ præsidibus, quibus aliquando sex secures prælatifuerunt, unde præses ἐξαρτέλενος ap. *Polyb.* appellatus. *Cuiac. lib. 1. qq. Papin. in l. 1. de Offic. eius.* Licet postea securi quem plectere vetitum, gladiusque substitutus sit. *l. aut damnus. 8. de pœnis.*

4. Verumenimverò, quæ, de jure gladii, Magistratibus majoribus concessio, hæctenùs diximus, planum quidem habent sensum, quatenùs per gladii symbolum & traditionem, merum Imperiù denotabatur: Sed, an iidem propterea, gladio in urbibus accincti prodierint, major quæstio est. Et de Magistratibus militantibus, omninò concedendum est, jus eos gestandi gladii sibi  
vindi-



vindicasse: in his enim, meritum honorem, distinguebat magnitudo ferri, quia gladio, accingebantur Imperatores, Duces, Præsides: pugione, Tribuni, eo ipso tempore, cum honores & potestates ipsis mandabantur. *Adr. Turneb. XII. adversar. 6. ubi Martialem, inter alios, adducit, lib. 14. Epigram. 32. ita canentem:*

*Militia decus hoc & grati nomen honoris,  
Arma Tribunitium cingere digna latus.*

De Civilibus autem Magistratibus, P. Faber, *ad l. 70. D. de R. I. & 1. semestr. cap. 3. ex Dioné, lib. 3. asserit: illud certum esse, quòd iis demùm Magistratibus id licuerit, quibus Augustus concessisset ξι-φηροσειν.* At enim Ictorum nostrorum aetate, sublatà differentià provinciarum & Magistratum Pop. Romani & Principis, utriusque quidem jus gladii datum, sive merum imperium, ait; sed, se non existimare, veste militari amictos, gladiove accinctos fuisse. In qua sententia hæreo. Tandem verò, cum iidem Magistratus jam ferme militares essent, *Lamprid. in Alexand. factum, ut gladio accincti prodirent: cuiusmodi Comitem provinciarum, gladii potestate & insignibus coruscum, describit Cassiod. in formula Comitum provinc. 1. variar. princ. ibi: Quamvis omnium dignitatum officia, à manu secludantur, (apud Bodin. 5. de Republ. 5. num. 574. secludantur,) armatà, & civilibus vestibus induti, (pro quo iterum apud Bodinum male, induci,) videantur, qui distinctionem publicam docentur operari; Tua tamen dignitas à terroribus ornatur, (non, ut apud Bodin. eruatur) quæ gladio bellico, rebus etiam pacatis, accingitur. Vide, quo iudicio fueris euectus, quando aliis vigorem fascium videas esse creditum; tibi autem, ab ipsis legibus, ferrum constet esse porrectum: Rem cruentam dederunt animo pacato, ut noxii nimium metuerent, & læsi, de optata ultione, gauderent.*

Apud Pancirollum rem totam, clarius sic  
digestam, leges:

Qui



Qui  
Magistra-  
tus pro-  
vinciales,  
cōsiderat,  
tūm

In honore:  
ubi præ-  
sidis ho-  
nor ali-  
quibus  
confere-  
batur vel

Deposito  
Magi-  
stratu,  
ubi

(*sine administratione*): Et his prætexta tantūm dabatur,  
inquit, Cingulo autem uti non licebat. *Pancir. l. 1.*  
*Var. c. XI. p. 22.*

(*cum administratione*): qui provinciis præficiabantur,  
insigne dignitatis, Cingulum accipiebant: itaque  
(præsides). dum provinciis præerant, in Cingulo  
esse dicebantur. *Novell. 70.* Et sine Cingulo, atque  
Chlamyde, tanquam præcipuis Magistratus insi-  
gnibus, Imperatorem non licuisse adire, è Chry-  
sost. tradit idem *Pancir. d. cap. 11.*

(*Regulariter*): Nulli Magistratum cingulum gerere  
licebat.

Excipie-  
bantur

1. Duo præpositi S. cubiculi, qui hoc, præ-  
cipuo privilegio obtinuerant, ut, mu-  
nere functi, cingulum gestarent, *l. ult.*  
*C. de præpos. S. cubic. 12.*
2. Patricii posteriorum seculorum. *Pancir:*  
*d. loc. vers. Erat. et.*

5. Et ita sanè legimus, gladio, ceu superioris potestatis in-  
signi cinctos, v. omnino *Dempsterum, lib. 10. paralip. c. 5. per tot. qui il-*  
*lā præditi: Scip. Gentil. lib. 1. de iurisdic. cap. 5. & lib. 3. cap. 3. Camerar.*  
*Centur. 1. horar. subersiv. cap. 76. Panciroi. in notit. imperii. lib. 1. cap. 7.*  
Ut (1.) Foris & militiæ Præfectum Prætorio, cuius insigne, in ve-  
terum Autorum libris, agnoscimus Carpentum seu tribunal, item-  
que gladium. *P. Faber, d. loc.* Sic Dio lib. 68. narrat: Trajanum,  
cum Suram Licinium, ad præfecturam prætorii, admoturus esset,  
gladium, quo ob dignitatem, accingi eum oportebat, vaginā edu-  
xisse, ipsique porrectum, *accipe, dixisse, hunc gladium, ut eo, si benè*  
*imperavero, pro me; sin malè, in me utaris.* Comparari huic so-  
let hodiè in Galliis, *le Conestable*, summus totius Gallia Equitum  
Magister, dictus quasi Comes stabilis, (*Il Conte stable,*) quòd  
cum Regi semper adsistere, ex usu rerum bellicarum expediat. *P.*  
*Iovius, lib. 16. histor. sui temporis, in fin. p. m. 960.* Hic autem honor,  
secundum Regem, apud Gallos, facilè primus existimatur: quo-  
niam minores Equitum Magistri, qui in tota Gallia, omnino qua-  
tuor sunt instituti, ipsius Comitum Stabilis edicto ac Imperio parèt.

le comte  
stable

Q

Jovius



Jovius d. loc. Ubi & hoc porro addit: Hujus dignitatis atque potentiae nomen proceribus invidiosum; Regibus suspectum esse. Talis olim, erat Romae Tribunus Celerum, s. praefectus Equitum Expeditorum q. d. des chevaux legers: qui veluti secundum locum à Regibus obtinebat: exitialis utique Regibus; Junius enim Brutus, qui in hoc numero erat, Autor Regis ejiciendi fuit. l. 2. §. 15. de O. I. Apud Turcos etiam Bassae, (viri supremæ dignitatis,) gladio inter cæteros inaugurantur, quomodo idem Jovius lib. 33. histor. sui temp. pag. 685. memorat: Solymannum Hariodeno Archipiratae famosissimo, Barbarossæ vulgò dicto, Bassarum Ordini adscripto, vexillum, sceptrum, gladiumque de manu tradidisse, monito, ut insigni facinore edito, fidem præstaret. Sed ut ad priora revertamur: Legimus apud veteres gladio cinctum. (2.) Proconsulem, non quidem illum, qui provincias, populo ab Imp. relictas gubernabat: Eum enim jure gladii caruisse, ostendit Dio lib. 3. & 53 v. Bachov. in comm. D. de offic. procons. & legat. p. 326. Cum in provincias pacatas mitteretur, Panciroll. 1. var. lect. cap. 10. Sed, qui postea, ab Imperatoribus mittebatur. l. 6. D. de offic. procons. l. 8. ff. eod. (3.) Præsides varios, quibus jus gladii dabant Imp. uti d. 9. 4.

6. Sic ex iis, qui domi & in urbe præerant, hoc jure Præfectum Urbi etiam gavisum esse constat, cum Imperium, l. 1. §. 3. ff. de offic. pref. urb. l. fin. ff. de in jus vocat. & proximum ab Imperatore locum obtinuerit: Wesenbec. in Oecon. Cod. de offic. pref. urb. ¶ Neque tamen eò usque prolabamur, ut cum nonnullis, statuamus, præfectum Vigilum gladii potestatem habuisse, quòd ultimo supplicio servos affecisse legitur: l. pen. ff. de condict. caus. datâ. Ob violentatem enim personæ Wesenbec. in parat. ff. de offic. pref. vigil. digna ea res non est visa, quæ ad Præfectum urbi remitteretur, arg. l. que adulterium. 29. Cod. ad L. lul. de adult. Sub quo ipso, præfectus vigilum fuit. l. 1. C. de off. pref. urbi. Utique posterioribus temporibus, de habitu quo intra urbem, & extra castra, magistratum uti oportet, disertè cautum est, in l. 1. C. Theod. sub tit. de habitu, quo uti oport. intr. urbem, lib. 14. tit. 10. collat. Guiliem. Forner. in not. ad Cassiodor. lib. 7. epist. 1. pag. 507.

7. Et hi quidem magistratus cingulo utebantur, tantisperdam potestate pollerent: Ea autem deposita hautquaquam omnes  
 præroga-



prærogativa ista gavisos fuisse, arguit *l. ult. C. de præpos. s. cubic. 12. 5.* Ubi Viri Illustres præpositi cubiculi, qui post finitâ militiam senatorio fuerant consortio sociati, pro magno beneficio obtinere, ut quoties ad aspiciendos agros suos, vel ob aliâ causam proficisci vel-  
lent, cingulo uti possent. Unde plerique colligunt: Nobilioribus tantum viris hoplophoriam singulariter concessam fuisse. *Salmuth. lib. 1. memorab. Pancirolli. tit. 55. Tiraquell. de Nobil. cap. 20. n. 69.* Quanquam, ut quod res est fateamur, textus ille non de simplici gladio, aut ejus gestatione agit; sed de eo cingulo, quod potestatis erat insigne *l. sancimus. 53. §. 1. vers. quoniam. C. de Episc. & Cler. v. Panciroll. d. lib. 1. c. 11. p. 22.* Quo qui ex posterioribus uti potuerint, partitè ostendit *l. 2. C. ut dignit. ordo servetur. 12. 8. Panciroll. d. l. Ioach. Stephani ad Novell. 62.* Ad quos lectorem remisisse, ne nimii simus, suffecerit.

8. Et hæc de Imperii Romani Magistratibus: Sanè, de privatis omnibus, indubitatum est, non licuisse iis, in urbe, armis s. telo temerè uti. *d. l. 3. §. 1. Ad L. lul. de vi publ.* At enim, ubi gladii gestandi jus, inter ornamenta hodiè haberi cœpit: frequentissimus & promiscuus gladiatorum gestandorum usus, in urbibus (*in primis septentrionalibus, v. Bodin. 5. de Republ. cap. 1. pag. 516.*) inolevit, sic ut vel omnibus passim gestandi licentia usurperetur: *Rectene, v. ap. Bodin. lib. 4. de Republ. c. ult. p. 487. vers. Arma quoque. Carol. à Mansfeld. in magister. milit. tr. 2. part. 1. c. un. §. 20. collatis, his quæ supr. de armorum possessione disputata sunt.* vel saltem ubi passim non licet, potioribus. Qui potiores igitur illi sint, qui in urbibus gestandorum gladiatorum privilegio fruuntur, videamus: Nimirum, alii potestatis privilegio; alii dignitatis prærogativâ; alii muneris necessitate arma gestare, possunt, in iis locis & urbibus, in quibus alioquin aliis arma gestare, prohibitum est.

9. Potestatis, ergò ratione, armorum gestandorum licentiam usurpant hodiè quoque Magistratus, ii potissimum, qui merum imperium habent, in primis Civitatum Imperialium, qui superioritatem territorialem obtinent, & hæc tunc, ipsis principibus potiùs; quàm Magistratibus Romanis, comparandi veniunt. ¶ Cæterum, quòd ad Magistratus Civitatum Municipalium & alios, quos superiores illi, ad exemplum Principis Romani, in suis di-

Ad modernos mores conversa disputatio, ubi quidam arma gestant.

Conf. huius cap. s. ult.

(1.) Obpe-  
testatem,  
Magistra-  
tus.



tionibus, creant, attinet, illis hoc jus non consimiliter per se, & absque superioris concessione, tribuendum: nisi compertum sit, Ipsos etiam merum Imperium, quod fieri quandoq; solet, emtione, donatione, privilegio, consuetudine, præscriptione; (quamvis, jure Civili, ad eum modum, Jurisdictionis præscriptibilis non sit, Obrecht. de jurisdic. cap. 4. n. 19.) aut aliis modis, acquisitum habere, Matth. Stephani de jurisdic. lib. 2. part. 2. cap. 2. § Decianus tamen d. lib. 8. cap. 3. n. 46. producit hoc etiam ad Magistratus, qui jurisdictionem aliquam habent: Unde est, quod infert num. 44. posse etiam Rectorem Scholarium arma ferre, eò quod habeat Jurisdictionem, ex Auth. habita. C. ne fil. pro patre. Et si, per Edictum prohibitum sit scholaribus, arma portare, non comprehendi Rectorem. Verum in fin. num. 46. Ipse fatetur, usu obtinere, ut tales Magistratus, qui jurisdictionem tantum habent, ab ordinariis Magistratibus, principem representantibus, licentiam armorum gestandorum impetrent. Et Rectoribus in multis universitatibus, jus gladii, sive merum Imperium, quoque competit: v. sup. p. 115. cæteris sua dignitas, nisi professio repugnet, ornamentum cinguli facile defendit.

Idem Roma fieri testatur, Farinac. q. 108. n. 103.

eorumq; officiales.

10. Quæ hætenus, de Magistratibus, dicta sunt, extenduntur etiam ad illorum Ministros, tam digniores & extantiores, ut Consiliarios, Legatos, Assessores, Oratores, & alios, quos dignitas etiam commendat; quàm inferiores, quibus officii ratione incumbit, ut armati compareant, de quibus in fine hujus capiti. Itaque & Curiales & Aulici, ex voluntate Dominorum suorum, gladiis accinguntur; quemadmodum ipsis alia etiam, propter ministerium Imperiale, concessa sunt. l. Nemo. 2. C. de vestib. holobar. Decian. d. cap. 3. n. 50. & ubi querit, An hoc etiam procedat in Curialibus, qui actu non inserviunt, sed Codicillares tantum sunt, i. e. per libellum & privilegium Principis, in ejus familiaritatem, sunt adsciti? Negatque, hos eo privilegio uti posse: Cui licet favere videatur l. ult. C. de præpos. s. cubiculi. 12. 5 juxta communem explicationem, quæ constituitur, emeritis vel codicillaribus, cinguli decus non competere; nisi denuò specialiter impetretur. Reverà tamen, non de jure gladii gestandi, sed insigni, honoris & potestatis emblemato tractat, ut supra quoq; monuimus: Et usus vocis Cinguli, latius etiam extensus.

Q.



extensus, evincit. *l. ult. C. de appar. Magistr. 12. 55. ubi per prescriptionem cinguli, intelligitur Exceptio fori declinatoria, ob dignitatem vel potestatem. Monente Horrom. in Lexic. Iuris Civil. verb. Cingulum. Consentit Cujac. in comm. C. ad d. l. ult. Itaque iudicium Principis, & aulae consuetudinem, hinc tutius subsequemur. argum. l. disputare. 3. Cod. de crimin. sacrileg.*

II. Pergimus ad eos, qui extra officii, specificè sumti, considerationem, dignitatis causâ, arma gestare possunt. Et (1.) de personis, regali dignitate præditis videamus. Enimverò, quo jure Duces, Principes, Comites, Barones, Reinking. *de regim. secul. & Eccl. lib. 1. class. 4 c. 16.* armorum gestationem usurpent, vel ex superioribus liquet. *conf. p. 78.* Neque audiendus est Decianus, qui *d. cap. 3. num. 15. 16. & 17.* contrarium tenet, (1.) per universalem Negativam hujus *l. un. (2.) per l. ult. juncta gl. in verb. Cingulo. C. de prepos. sacr. cubic. lib. 12.* ubi inquit, Nobilibus tantum arma ferre permittitur, dum proficiscuntur; ergò non licet. Namque, ut de genuina *d. l. ult.* sententiâ, otiose nihil repetamus. ista omnia, ex ratione status moderni, in Imperio Romano, aliter se habere dignoscuntur, per ea, quæ hætenus proposita sunt. Quanquam facilè credamus referenti, in regno Siciliae, nec Barones, nec Comites, qui non ipso actu milites sunt, arma ferre posse: de qua, utpote imperio ademptâ, (vid. *Crus. Annal. Suevicor. lib. 2. part. 3. cap. 19. Munster. in Cosmograph. de Italia, cap. 73.*) in præsentiarum non erimus solliciti. Similis prohibitio armorum certi generis, etiam legitur in *Cod. Henric. lib. 3. tit. 7. l. 9. pag. 232. ibi: Avons inhibé, prohibé, interdit & defendu; inhibons, prohibons, interdifons & defendons généralement, par tout nostre Royaume à tous nos subiects, de quelque qualité, estat, degré & condition qu'ils soient, ou puissent estre, tout port, usage & exercice d'arquebuses, petrinats, pistolets, & autres bastons à feu &c.* De Italia & Hispania, idem testatur cum aliis Bodinus *d. cap. ult. lib. 4.* Septentrionales & montanos Helvetios, tales prohibitiones non laturus, confessus, *cap. 1. lib. 5 pag. 516.* (2.) Succedunt Equites, qui cum armis investiantur, Decian. *dict. cap. 3. n. 40.* & gladio, ceu militiæ insigni, cingantur, non solum in testimonium operæ, hætenus strenuè navatæ; sed & incitamenti causâ, ad rem, impostèrùm fortiter gerendam, arma

(2.) Quidam ob dignitatem, ortam ex virtute, vel militari.

S. M. Steph.  
discurs.  
Academ. 4  
pag. 24.

Q 3

circum-





circumferunt. Decian. *ibid.* n. 42. (3.) Nobilibus, idem Decian. cum pluribus aliis, armorum gestationem, non nisi cum permissione principis, licitam esse, statuit; *vid. Dd. communiter, in §. si quis rusticus. 2. F. 2. Farinac. tr. cr. quest. 108. n. 25. pag. 589. ibi: Amplia. 7. in-nobilibus, quibus etiam est prohibitus armorum usus, per d. l. un. Additque in f. d. n. 25. Hanc ampliationē in territorio Papa nullam habere difficultatem, stantibus Apostolicis constitutionibus & respectivè bannimentis urbis, & status Ecclesiastici, volentibus, à pœna delationis armorum, non excusare quamlibet nobilitatem. Quod vel ex ea ratione revellitur & redarguitur; quoniam & Nobiles nostri, milites sunt atque vasalli, quos ex suprà dictis, & mox uberius dicendis, semper promptos cum armis suis esse debere, constat. *Guid. Pap. decif. 384. in addit. lit. B. Bon. de Curtil. tr. Nobilit. part. 3. n. 58.* Hinc vocantur die Ritterschafft/ quòd ante ducentos, ac quòd excurrit, annos, soli ferè Nobiles, in Germania & Italia, & maxima pars, equis militarent. *Dn. Lanf. de ordin. Equestr. 8. 1. in fin.* Immò, etiam nùm periclitanti superiori, equis & armis succurrere tenentur. *P. Bellin. de re milit. part. 2. tit. 3.* Ita Phil. Honorius, *relat. de regn. Gallico, commemorat, etiam in Gallia Nobilibus licere esse armatis, (saltem gladio, ne obstant relata n. 1.)* quoquo loco; & usum armorum proprium esse Nobilitati, *Cl. Sefellius, de Regn. Gall. lib. 1.* Quia cæterà immunes, solùm Regi in bello operam præstent. *Theaur. Polit. part. 1. relat. de Francia. fol. 172.* ¶ Propter eandem causam, *ne Nobiles unquam, armis carere cogantur, sancitum est, jure Saxónico, ut maribus heredibus arma, & quæ horum pertinent, res expeditoriæ, communi nomine vocatæ, das Heergewerte/ præcipuè assignentur & relinquuntur. Wesenbec. parat. ff. de supellect. legat. num. 4. licet Menoch. 4. præsumpt. 160. n. 22. arma, jure civili, in supellectili esse, neget: per l. supellectili. 3. §. præterea. 2. D. de supellectil. legat.**

Vel togatâ.

12. Et his quidem dignitatem conciliat virtus militaris, tanquam fundamentum, & generis prærogativa, tanquam tradux ejus & propago: [Neque tamen ideo excluderim novos nobiles, qui sua se virtute ultra vulgi subsellia provexere, cum pro nobilitate virtute comparata, multæ rationes militent, quas facundè edisserit Autor du Catechisme Royal, imprime à Paris l'An. 1645. pag. 46. & seqq.]



& seqq. ibi: Nous voyons souuent, cette Noblesse naissante, qui s'est faict elle-mesme par sa propre vertu, ressembler à ces maisons neufues, dont les avenues sont belles & bien alligees, & dont la veüe & la demeure est plus riante & plus commode que celle de ces vieux chasteaux negligez, qui sentent le rance & le reclus, & qui sont decheus avec le temps par la faineantise des possesseurs de cette premiere beaute qu'ils avoient &c.] Sed & ob dignitatē, virtute civili partam aliqui, hoc honorum insigni, utuntur: uti (1.) Doctores juris, C. A. ad l. lul. de vi publ. §. 3. & allegati ibid. arg. l. ult. C. de prepos. §. cubic. lib. 12. (Quo argumento utuntur Dn. Eimneus, lib. 8. lur. pub. c. §. n. 119. Dn. Walther. de privileg. Dd. cap. 15. quest. 62. p. 282. Neque tamen directo, ex illo textu assertionem hanc probari, contenderim, propter ea, quae jam semel iterumque, de genuina illius loci sententia, monuimus) qui passim Nobilibus æquiparantur; vide præter alia, l. providendum 7. & ibi. Pacium, in analys. C. de postul. & sine speciali Imperatoris permisso, alia Nobilium insignia usurpant, per valgatissima. vide Nolden d. tract. de stat. Nobil. §. 38. Ideoque ab officialibus non debent excuti, aut requiri & explorari utrum arma gerant. post gl. in l. Medicos. Barth. loh. à Platea Rebuf. & al. C. de Profess. & Medic. Iacob. Benius de privilegiis Iurisperitorum part. 2. cap. 45. Quo sensu forsan & respectu accipiendum erit, quod Andr. de Ifern. (teste Luc. de penn. in l. 1. C. de professor. qui in urbe Constantinop.) militares viros, generalius definire ausus est, qui deferunt signa militaria, jussu Principis; ut sunt, Doctores Legum, qui deferunt calcaria deaurata. Potest etiam videri inde nata consuetudo, nonnullarum Academiarum ubi Doctores, vel in ipsa promotione, gladiis accinguntur, vel iidem accincti, promoventur. (2.) Sicut autem Athletæ tribus coronis more Græciæ antiquo, olim insigniri debebant: verba sunt Alciati, ad l. cui præcipua. 57. n. 3. & 4. ff. de verb. signif. Ita in agone literario, tres sunt distincti gradus: Primus Baccalaureorum, qui à bacca laurea, nomen sumsisse videtur, scholastico ordini proximior, quàm Doctorum; Secundus, ad eos pertinet, qui nondum insignia susceperunt; electi tamen, auctoratique sunt, qui Licentiatè dicuntur; Hi, quia in actibus, maximè favorabilibus, doctorum loco habentur: arg. l. pen. ff. de Testam. milit. præter allegatos à Nolden. d. tr. §. 37. Matth. Stephan. lib. 3. de jurisdict. part. 2. cap. 14. n. 95.

Ideò



Graduite  
Personen  
unde dican-  
tur.

M. Steph.  
2. disput.  
Acad. 2.

Ideo & istam facultatem haut dubiè habent: Et in nonnullis Academiais, quando inauguralem disputationem sustinent, gladio primum præcinguntur: quòd jam personis graduatis, quas vocant, accenseantur. [Solent nimirum Honores literarii, per metaphoram quandam, *gradus* appellari. Quemadmodum enim scalarum gradus ita sunt dispositi, ut alii supremum; alii medium, alii imum locum occupent: Sic quoque cum Academiarum gradibus, comparatum est, ut quidam sint *summi*, (Doctores,) nonnulli *medii*, (Licentiati,) alii *infimi*, (Candidati,) Rursus, ut qui ad summum scalæ gradum contendunt, eò pervenire non possunt, nisi gradus conscenderint intermedios: ita, qui ad Doctoratum gradum literarum supremum, adspirant, ad illum commodè pertinere nequeunt, nisi priùs, per inferiores, ascenderint, inquit Nobiliss. Dn. D. Sebizijs, in program. inaugur. 23. Februarii 1646. scripto] Dissidententi Tiraquello, cap. 20. de Nobil. num. 69. & seqq. Menoch. & alijs, satisfacere nititur Dn. Walther. d. loc. Nos ad eam, quam Tiraquel. primo loc. objicit, l. un. C. ut armor. usus. respondemus: Eam principaliter, de armorum gestatione, non loqui, sed de militum, aut aliorum hominum armatorum coadunatione: vel etiam, de gestatione armorum tumultuariâ & temerariâ, non de causariâ & honorariâ. Minùs officit. l. ult. C. de præpos. S. cubicul. præterquam enim, quòd ea de diverso planè subjecto, agit, Cinguli quoque gestatio, ut modò indicabamus, aliorum pertinet.

13. Maximè verò (3.) Civilis hæc & togata virtus commendat, ad honorum decora, eos Doctores & Licentiatos, qui publicæ professionis munera sustinent, in primis eos, qui jura docent. l. 6. C. de profess. & Medic. [cui vocabula, (Legum Doctorum) idèdà Triboniano inserta sunt: quia olim tantum Romæ jura docebantur. l. 6. §. Legum. v. Doctores. 12. de excusat. postea etiam Berythi. v. tract. de Metat. pag. 200. §. 3.] Cum illi, licet juniores, præferantur Doctoribus alijs, licet senioribus & qui per 20. annos, publicè docuerunt, illustribus annumerentur: vide Bartol. in vubr. proem. D. n. 5. las. in l. 1. num. 12. de offic. ejus, cui mand. est jurisd. t. t. Cod. de Professor. qui in urb. Constantinop. ubi Guiac. Arum. 3. discurs. Academ. 18. §. 29. Sagittar. de Comitib. Palatin. §. 6. & 7. B. Wesenbec. 1. consil. 40. n. 50. Limnaus. 8. de Jur. publ. cap. 3. pag. m. 35. n. 41. Mund. de Comitib. Palatin.



*Latin. cap. 3. n. 220. Cruik. in collation. pristini & moderni Academ. Statús. ubi scommata qua in hunc ordinem spargi solent, imprimis ab his qui cum Aulico-politici videri velint, omne artificium in simulando & mentiendo collocant, & Academicos, nefarius istis artibus prorsus infestos, rebus gerendis idè ineptos pronunciant; animosè redarguit. n. 23. & seqq. Porro non minus etiam hac prærogativa gaudent (4.) Consilarii & Adseffores Principum: Cum enim pars corporis principalis censeantur, l. quisquis. §. C. ad L. Iul. Majest. Patresque & amici Principum, §. filius-familias 4. Instit. quib. mod. patr. potest. solvit. l. si post. 4. C. de jur. & fact. ignor. meritò omnibus honorum ornamentis coruscant. (5.) Cum Consiliariis Principum, in privilegiis comparari solent Advocati & Procuratores Principum, majorumque Curiarum, Peck. de jur. sistend. cap. 5. n. 81. per l. Advocati. 14. C. de advocat. divers. judic. 1. Quamquam autem cæteris quoque minorum Gentium Procuratoribus & Notariis, in hac dignitatis controversia, <sup>quod</sup> <sup>patrocinium</sup> præstent. Faber in Codice suo, lib. 9. tit. 29. definit. 4. & 5. Ejus tamen Autoritas nos permovere non debet, ut, à Communi sententia, divortium faciamus. Vide saltem Wesenbec. in parat. D. de Procurat. num. 10.*

14. Restant (6.) Medici Principum, quibus itidem hanc facultatem competere, non dubitamus, siquidem dignitatem habent, Ant. Fab. d. tit. 29. definit. 11. qui tamè definit. 9. Cæteros Medicos, utcunque publici Professores & Lectores sint, sive aliàs, curandis tantùm morbis vacent, nec Nobiles esse, (ubi ipsum sequitur Nolden, d. tr. thes. 42.) nec ullâ dignitate præditos, satis fidenter, judicat: post gl. in rubr. C. de Professor. & Medicis. Congruunt, quæ leguntur, apud Foppium ab Aezema 1. dissertat. cap. 2. (quod sic incipit: Verum est, primis seculis, ignoratam fuisse, Medicinam; quibus tamen fortunatissimè, vixerunt homines. Quæ verba reddi possunt, Medico Conopolitano, de O. I. G. cap. 34. ex suo Hippolitho lapideo, sic loquenti: sine legib. & iure consultis, videntur Germanica gentes, haut infeliciter vixisse.) Magon. de preced. Causidic. Agrip. ab Nettesheim, serm. de Medicis & Medicina. Unde, consequenter, & armorum gestandorum facultas, ipsis intercideret. Verùm ego istam sententiam, meam facere nolim: propter textum l. 1. §. 1. de var. & extraord. cognit. l. 6. & t. t. C. de Profess. & Medic. aliasque rationes, quas videre licet, apud Roland. à Vall.

R

3. conf.





3. *consil.* 67. n. 8. *Cephal.* 1. *consil.* 117. n. 23. *Sinibald. Vbald. de Nobilit. axiom.* 91. & duob. *seqq.* *Simanc. lib. 1. de Republ. cap. 10.* Extremò (7.) *Philosophi.* gladiatorum gestationem non adfectant, cum hoc desiderium, à professione illorum, discrepet: *l. Professio. 6. C. de munerib. patrim.* Honorum enim contemptores sunt, & ab his rebus alieni. *l. si duas. 6. §. 7. & 8. D. de excusat. tutor. l. reddatur. 1. in fin. C. de profess. & Medicis.* *Eunap. in vit. Philosoph.* Pallium enim olim, in primis apud Græcos, proprium erat  $\tau\acute{o}\varsigma$  φιλοσόφων χῆμα: *Autor mantissa ad Tertull. de pallio. pag. 145. & 149.* Nec Poëtæ prerogativa aliqua juvantur. *l. 3. C. de Professor. & Medic.* quam exposui *tr. de Metatis p. 205. §. 8. Adhib. D. Mundius, in præfat. tr. de Comitib. Palatin.* (Qui d. *l. 3.* non de Poëtis artem facientibus, aut profitentibus, uti *inscriptio* requirit; sed de versificatoribus & Ludionibus exponit: De quibus *Satyricus ille Gallorum nequissimus, Francio lib. 6. pag. 432.* c'est un grand avantage pour la Poësie, que d'estre fou) *Rectius fortè D. Arumæus tr. de comitiis cap. 6. n. 75.* ex ipsis textus verbis, mitiorem interpretationem eruere satagit, statuitque, Poetas egregios non excludi prorsus ab omni immunitate: sed à prerogativa, quam, illi, favore & suffragiis aulæ fortè subnixi, præ cæteris etiam, in privilegiis immunitatum affectabant.

15. Spectavimus eos, qui, in dignitate aliquâ ex virtute togata comparatâ, constituti sunt; sequuntur illi, qui per gradus, honorum culmina petunt, *studiosi*, qui sunt, vel *Veterani*; vel *recentiores*. *Veterani*, vel adhuc in *Mulsarum castris* degunt; vel alibi, extra *Academias*, commorantur. Si in *Academiis* adhuc vivant, meritò ad jussum *Magnifici Rectoris*, sese componunt. De *Academia Lutetiana. v. lib. 11. Cod. Henriciam. tit. 3. constit. 11.* de aliis *Universitatib. Limnaum, lib. 8. de jur. publ. cap. 6. n. 105.* Et sanè gravissimi viri, prudenter arbitrantur, *Magistratum*, non sine magna ratione, armorum promiscuam gestationem, juventuti interdicerent. *vid. Paul. Iovium: lib. 25. historiar. sui temporis, pag. 1186. ubi scribit: juventutem, per se, audacem & effrenem, impetratâ armorum gerendorum licentiâ, fervidiorem atque insolentiosem effici. junct. Limnao d. n. 105. ubi docet, alibi gestationem eam, inter insignia & ornamenta, admitti; alibi verò, periculi vitandi causa, prohiberi.* Quod si *Magnificus Rector*, ex consilio *Senatus Academici*, gestationem armorum interdicit,

dicat,



dicat, Cordati cives, ab armorum gestatione merito abstinent. Tale interdictum, etiam apud Nos, olim fuit promulgatum, hisce verbis: Zum zehenden/ so sollen auch alle Studiosi, keine Gewehr/ noch Dägen / oder wie die sonst genännt werden möchren/ antragen: Sonderlich aber/ denen in Classibus, Dolchen zu tragen (allerhand darauff besorgendem Vnrath fürzukommen) allerdings inhibiret vnd verboten sein: vnd solches auch / bey der Straff/ fünff Schilling Pfening/ die ein jeglicher/ so diesem vnserm Statuto zu wieder/ Gewehr/ oder Dolchen tragen/ so oft er schuldig befunden wird/ vns ohne ainige Nachlaß/ abrichten vnd bezahlen soll ic. Inprimis verò interdicta eiusmodi, in iis necessaria sunt Academiis, in quibus, ob contractiorem opidi ambitum, civiumque raritatem, metus est, ne, si arma studiosis permittantur, tumultus, fortuito excitatus, difficulter sedari possit. Qua de re, tum alibi saepius, tum in Academia Jenensi, 24. Jul. anno 1625. ita cautum fuit: *Non, sine iusta indignatione, redintegrari videmus publicam armorum gestationem, quae olim, in pacata Repub. & maxime quidem Scholasticâ, infrequens erat, & maxime insolens; praesertim, si & hoc impudentia accedat, ut abjectis palliis, per vias publicas, Thrasones illi, discurrere sibi licere, nullâ verecundia & pudoris habitâ ratione, putent. Hos igitur, ut aut sua recipiant pallia, & quaevis deponant arma; aut, si nobis morem gerere non velint, neque nostris se attemperare legibus, in malam rem abeant, iubemus! Satius est, pauculos habere studiosos frugi, & modestos, quam plures efferatos & indomitos, à quibus nihil honesti expectandum.* Etiam in nostrate hac Academiâ, simile programma denuò affixum fuit, Ann. 1629. & in immorigeros armigerulos, argutè, eo tempore, lusit Mercurius, in pallio exulante: pag. 17. 18. & passim. A prohibitionem tamen eiusmodi, speciale indultum Magistratûs superioris liberat, per notissima. Quam in rem, facetam historiam recenset Decian. d. lib. 8. cap. 2. in fin. Quòd, cum aliquando, à potestate Patavii, adolescens scholaris, impetrare cuperet licentiam arma ferendi, non obstantibus Edictis, gravi poenâ communitis, denique praeses annuerit, hâc lege, si studiosus non alio armorum genere uteretur, quàm quod praeses ipsi definiturus esset: promittente juvene iussisse praesidè, ne ullum aliud armorum genus, praeter bombardam colobrinam portaret, istoq; sarcasmate, impotens adolescentis desiderium elusisse.



Quam historiam etiam refert Dn. Limneus d. cap. 6. n. 107. Addit tamen Decianus, se intercessore, studioso illi, hanc facultatem tandem concessam; licet ea multis aliis fuisset denegata.

16. Quod si nihil interdictum reperitur, tacitâ consuetudine, armorum gestationem passim invalescere videmus: deque ea consuetudine testatur C. I. A. ad L. Iul. de vi publ. §. 3. [ubi sanè, ante allegata, ponendum videtur, verbum, malè: Nam Aristot. §. polit. 4. taxat nimium artis pugillatoriæ usum. in princ. & paulò post med. inquit: οἱ δὲ λίαν εἰς ταῦτα ἀνέντες τῆς παιδείας, καὶ ἢ ἀναγκάων ἀπαγωγῆς ποιήσαντες, βαυαύους κατεργάζονται. Gellius verò, ibi allegatus, 10. N. A. 28. de ætate, pueritiæ, juventæ, senectæ finibus, tractat: & hoc tantum ait ex Tuberone: Servium Tullium, Regem Pop. Romani, adolescentes ab ann. 17. quos idoneos jam esse Reipubl. arbitraretur, milites scripsisse. v. Limneum d. lib. 8. cap. 6. n. 92. Nisi malis C. A. excusare eâ ratione: quod hac ætate adolescentes in militiam recipi soleant & arma tractare posse putentur. Quemadmodum Aristot. d. loc. determinat scribens: usq; ad pubertatem leviores exercitationes esse adhibendas: post pubertatē tribus annis ad alia perdiscenda: & tùm (hoc est 18. anno) gravioribus eos laboribus occupandos esse. Certè qui adolescentes in exercitia palæstrica nimis intendunt, & in necessariis absque disciplina dimittunt, iudicio Philosophi efficiunt eos βαυαύους illiberales & sordidos.] Caterum qualicumque hoc jure suffultus, ita nonnemo contra Antagonistam suum scribit: Gladio accinctus incedo, cum lubet; habent hunc morem Academia, eo me instruxerunt, hunc etiamnum retineo. Ibi, verè studiosis, gladium gestare, non sine ratione, est concessum; putativis verò, vitæ, eruditionisque minùs probatæ, ut sunt fuci illi, qui nec studiorum, nec armorum usum nôrunt, prohibitum S. Sp. in destr. F. D. M. ¶ Planè, utcumque armorum gestatio, in aliqua Academia, sit interdicta; non tamen numerari solent primi dies, quibus quis circumspicit, de loci opportunitate, & deliberat de mansionem, ut adhuc pro itinerante, uti Dd. loquuntur, sive iter faciente v. Voss. lib. 4. de vir. serm. cap. XI. pag. 107. possit haberi. Nocturno etiam tempore, arma plerumque impunè geruntur; cum ob fortuitos potiùs casus, quàm contumaciter, gestari præsumantur. l. 10. §. l. pen. §. fin. D. ad L. Iul. de vi

S. Plin. Pa.  
neg. cap. 13.  
1147. 5.



*de vi publ.* Quâ ratione defendi quadantenus posse videtur consuetudo quarundam Academiârû, ubi digladiationes diurnæ, quæ provocatione mutuâ, ante portas urbium, fiunt, gravius puniuntur; quàm nocturnæ: Hæ enim fortuito; illæ ex *μεγαλειότης*, instituuntur: ut ut hic pronuncianti mos, improbetur Gumpelzhaimero *de exerc. Academ. part. 3. sect. 3. §. 16. & 17.* Nec obstat, quòd aliàs delicta nocturna, atrociora existimantur diurnis: *per notata in thes. iurispr. lib. 12. cap. 25. pag. 173. §. 1.* Nos enim de delicto, formaliter constituendo; non, de adjuncto delicti, jam constituti, tractamus.

17. *Extra Academiârûm Pomœria positi, studiosi Veterani,* subsistunt in loco alio, vel animo domicilium figendi: & hactenus, armorum gestationem ipsis permittendam esse, duxerim, nisi statutum Cives indifferèter omnes, *disarmatos*, uti loquuntur, sive inermes, esse jubeat: Censentur enim *tùm* privilegiis Academicis renunciasse eo ipso, dum se alienæ jurisdictioni subjiciunt; *vid. infr. part. 2. cap. ult.* Vel animum istum non habent; & hos, pacatè & decorè viventes, ceu florentissimos honorum alumnos, mos Germaniæ, non arcet, ab hoc honoris auctoramento *argum. l. postlim. §. §. fin. De capt. & postlim. revers. Lucas de penna, ad l. hac lege. 2. C. de privileg. scholar.* ¶ Hinc, ut accepimus, nonnullibi statuto studiosis, in patriam, visitandorum amicorum, aut negotiorum suorum gratiâ, revertentibus, provisum est, ut juxtâ ac Doctores juris, gladio accincti, incedere possint. Quod tamen Luc. de Penna *ibid.* limitat, ut his, & similibus privilegiis, studiosi gaudeant, si non otiosi in patria, aut alibi, vagentur: *per l. qui mittuntur. 35. in fin. ibi: dum domi sit. l. si cui. 35. §. tamdiu. 1. D. ex quib. caus. major.* Addo, dummodò pacatè se gerant, quod in dubio, facturi præsumuntur, *codum. ult. ibi. cum scholaris prima facie præsumatur idoneus. de præsumt. l. fin. C. ad L. tul. repetund.* aliàs privilegiis suis cadunt, per dicenda *cap. fin.* & sub illo Præside respondere coguntur, in cujus provincia deliquerunt. Habent equidem privilegium fori seu judicis; sed non loci, *uti distinguit Lucas de Penna* Hoc est, quando in Universitatibus, aut quatenus earum districtus pertingit, commemorantur, coram alio, quàm suo Magistratu, conveniri nequeunt: Sed cum in alio loco peccant, revocare eò non possunt: *l. omnem 20. l. argentarium. 45. D. de jud.* quam Doctrinam *idem*, notandam esse,



ait, licet eam habeant pro malo, (ita loquitur) fatui scholares, qui inconsideratè quidvis, in locis extra Academiis, privilegiorum suorum favore, sibi licere arbitrantur.

p.

18. Illud hoc loco quæri solet: An & studiosus, qui per quinquennium, ab Academiis abfuit, hoc jus usurpare possit? Quod negandum videtur, ex eo, quod in genere scholarium privilegia, post hoc tempus, expirent: *vid. Bald. ad Auth. habita. num. 25. ibique Cupenerum. Rebuff. privileg. 33. D. Becht. tr. de securit. & salvo. conductu. 0. 235. med. fac. l. 2. vers. qui verò per quinquennium integrum se presentare cessaverint. C. de primicerio. 12. 7. l. 3. ubi domesticus principis, qui per quinquennium fuerit divagatus, cingulo privatur. C. de domest. & pro. rect. Licet enim textus isti non nominatim de studiosis loquantur: quod dissentiens Hunnius Dd. obsicit: tr. de privileg. studios. quest. ult. pag. 175. argumentum tamen à palatina militia, ad reliquam literatam rectè ducitur, etiam in hac absentia materia. l. ult. ibi: sancimus itaque talem legem etiam in persona eorum valere: ut si ultra quinquennium, vel cum com meatu abfuerint, nomen eorum de matricula penitus aboleatur. C. de Advoc. 2. juncta l. quicumque. 2. C. de com meatu. 12. 43. quam intelligere debes apud Dn. Limneum lib. 8. de jure publ. c. 9. n. ult.] Aut studiorum causa se peregrinatum fuisse probet: quomodo sententiam Hunnii, & oppositionem Auth. habita: demum admittimus: nisi elapso quinquennio, denuò nomen suum matriculæ inseri petierit, ubi privilegia hæc reviviscunt. Id. Rebuff. de privileg. Scholar. privil. 147. n. 5. Cothman. resp. Acad. 14. num. 23. Aut, nisi dignitas, & vera eruditio, ipsum ita commendet, ut Doctrinæ etiam honores mereri videatur, atque sicilicò cingendus, pro cincto jam, hæc parte, haberi possit. Vide si lubet, quæ post Neviz. & Pacian. de Doctorellis, seu Doctorellis misericordia, uti vocant, habet Rutger. Ruland. de commissar. part. 1. lib. 1. cap. 14. n. 7.*

19. Quod recentiores, & qui rudes, ad recitationes perveniunt, (uti loquitur Imperat. in constit. omnem. §. illud. 9. de Method. jur. Cujac. 6. observ. 13.) attinet, qui cum unum, aut alterum mensem, agrè in Academiis vixerunt, Vacunæ & Baccho potiùs; quàm Musis, operati, in patinis potiùs & pateris; quàm paginis, versati: licet noctes atque dies, gladiatorum gestationem somnient, Colleg. Argent. d. l. ad l. lul. de vi publ. 0. 3. n. 4. ab his abstinere, satiùs foret,



foret, cum ridiculum sit, eum, qui heri novus erat homo, hodiè in peristyliis, gladio suffarcinatum obambulare. *arg. l. prator. 7. §. preterea. 2. D. de injur.* per habitum enim homines à se invicem, dignosci debent, velut Archiepiscopus, per pallium, *c. ad honores. ext. de usu pallii.* servus à liberto, *l. 1. §. sed & qui. 5. C. de latin. libert. coll.* Novitius à professo, *c. pen. extr. de regular. discernitur.* Lucas de Penna, *ad d. l. 3. C. de Fabricens. n. 7.* Neque tamen idè probamus juniorum exagitationes, & ut vulgò vocant, pennalisationes, Dn. Limnaeus *lib. 3. jur. publ. cap. 6. n. 20.* quas omni jure novimus esse prohibitas. *const. omnem. proem. D. de rat. & method. jur. docend. ad antecess. §. 1. illud verò. 9. ubi Imp. tales ludos vocat indignos (nomine & ordine studiosorum) immò, pessimos & serviles, quorum effectus sit injuria. Canon. 71. concil. general. in Trullo.* Sed, ut juniores à lascivia & petulantia, in quam custode Gymnasii remoto, proniores sunt, absterreantur. *juxt. l. ult. ibi: Tirones in scholis, loco semper posteriore ponantur, nec enim patimur, quenquam celsiorem gradum obtinere, nisi cui & laborum adfuitas, & stipendiorum prolixitas, suffragantur. C. de tironib. arg. à militia armata, ad rogatam, perquam probabili. v. Barbos. loc. argum. 71.* ¶ De studiosorum famulis, (de quibus aliàs etiam, in materia horum privilegiorum, quæri solet, v. *Limnaum lib. 8. de iur. publ. cap. 10. n. 18.*) dicere supervacaneum est, cum aliud sit in privilegiis, quæ dignitatem; aliudq; in iis, quæ securitatem, respiciunt: ut in his; non item in illis, ministri dominorum beneficiis fruuntur. vide *Hunnum d. tr. de privileg. studios. c. 2. quæst. 8. pac. d. l. ad Auth. Habita cap. 4. n. 15. P. Frider. de continent. caus. cap. 19. n. 12. Conf. dicta pag. 79. §. 16.* Et nescio sanè, An de posteriore tantùm isto hominum genere; an de utroque, senserit Præclariss. Dn. Berneggerus, p. m. quando in *qq. miscell. ad German. Taciti, q. 66.* sic scribit: Minùs probandum illud videtur, quod hodiè nonnunquam cernimus, pænè pueros, autoritate propriâ, *maxare opus* fieri, & accingi gladio; quorum quidem lateri, seu mavis tergori, fasces illi; sed sine securibus, multò hærent aptius. Inclutus Magistratus hujus Reipubl. superioribus mensibus, laudabilem in modum de ea re, cavet, in programme, provocationibus opposito, quod suo loco referetur.

20. Cæterū hætenùs propositis objicit Menoch. *de A. I. Q. cas.*

394. 18.



num. 80. Codices & Leges, Doctorum arma esse, non gladios: Et Benius *part. 2. de privileg. Iureconf. privileg. 45. n. 3.* laudabilius ait esse Doctoribus, si legibus & codicibus armorum loco utantur: cum ut clericorum arma sunt breviarium & lacrymæ. *can. convenior. 23. q. 8.* ita literatorum arma debeant esse liberi: *uti dixerit Pute. de re milit. quomodo & tota hæc militia doctorum legalis atque inermis vocetur. l. advocati. 14. De advocatis. 1.* Ex qua traditione fortè manavit praxis apud Italos, assertoribus istis planè adversaria: de qua Farinac. *quest. 108. n. 96.* testatus, se ante paucos annos vidisse tortum quendam Doctorem medicum, pro delatione armorum de nocte. (Ita ille loquitur) Ast, cum non una hodiè, armorum gestandorum causa sit, *uti supra in protheor. & hoc tr. sæpè dictum;* idè licet eruditi non primariò, defensionis causâ, arma gestent, (ne alioquin illi, qui ætate decrepitâ, & depontani sunt, sannas mereri videantur, quemadmodum Galbam Imp. irrisum, Dio Cassius *lib. 64.* refert, quodd, in itinere, gladio accinctus fuisset, homo senex & imbecillis) adèd, ut nec à militibus provocari, nec provocati, comparere, nisi & ipsi Nobiles sint, teneantur: cum armiger, Doctorem, ad duellum, provocans, æquè sit absurdus, ac si hic illum, ad disputandum, provocaret, *uti scribit Paris de puteo. tr. de re milit. lib. 9. q. 5. & seqq.* Ex quo tamen dignitatis etiam testimonia, arma facta sunt, ut honos gladii, in cingulo militari portetur, *Ioh. Saresberg. lib. 6. pol. cap. 13.* non injuriâ ipsi etiam cæterorum honoratorum ornamentis utuntur: *l. hæc lege. 2. ibi: Tam Cingulo; quàm privilegiis omnibus. C. de privileg. Scholar. præsertim,* cum generaliter jam dudum, publicis Imperii S Ctis, decretum sit; Doctores, eodem quo Nobiles, habitu posse, cum uxoribus & liberis suis, incedere; immò, aliquantò uberiori. *Recess. Imp. de Anno 1500. tit. von yberflüssigkeit der Kleider. ibi: Die vom Adel/ so nicht Ritter oder Doctores sind/ sollen kein Gold/ noch Perlen/ öffentlich tragen.* Utique opposita *l. 14. C. de Advocat. 1. de usu in actu exercito & bellico,* vi oppositionis attentata, manifestè deprehenditur concepta fuisse. Adeoque observatio Farinacii contraria, vel damnanda venit, prout ipse facit, *in verbis: & malè quidem, ni fallor: vel specialibus legum municipalium prohibitionibus veniet imputanda.*

21. Et hæc de iis, qui vel potestatis, vel dignitatis causâ  
conf.



*conf. dicta de Exarmatione. cap. 4. §. 7.* potissimum armis utuntur, dixisse, sufficiat: sequuntur ii, qui, *muneris necessitate*, ad id obstringuntur, idque non tantum moribus hodiernis; sed etiam veteri jure Romano, nempe *Milites*, qui non inviti superiores subsequuntur, cum & illi quadantenus milites sint, scilicet militiae Civilis, togatae & literatae. *l. 2. C. de privileg. Scholar. lib. 12.* Milites dicuntur non tantum ii, qui in militari matricula, autoritate principis, scripti, & publico signo vocati, militiae sacramento sese obstrinxerunt enseque cincti sunt; *t. t. D. de re milit. ubi Colleg. Arg. §. 3.* sed & qui in ea conditione sunt, ut semper in procinctu esse, & superiori, in bello succurrere, cogantur. Quo sensu, in jure Feudali, Vasalli passim *milites* dicuntur. Sunt autem, in genere, milites, vel eminentiores, puta Equites variorum ordinum, & praefecti militum, per cohortes, turmas, phalanges: quorum alios vocant Capitaneos, alios Colonellos, (*de cuius vocis notabili origine, v. P. Iovium, lib. 27. Histor. p. 322. ibi: Acciverat Aurantius fortissimos Italica disciplina proceres; quos ob id, quod plures secum traherent cohortes, vulgo Colonellos appellabat*) vel inferiores, vide, *post plures, Dan. Otton. cap. 19. juris publici. p. m. 472.* Omnes isti non tantum dignitatis, veluti Eminentiores; sed necessitatis causa, arma gestare dicuntur: *Nov. 17. cap. fin.* Eum enim in finem, cingi milites, apud Romanos in usu fuit: *l. Titius. 25. l. quod dicitur. 38. l. filiusfamilias. 43.* & ibi *Dn. Godofr. D. de testam. milit. Zonâ scilicet, appenso ense: Briffon. 2. antiq. 7. Connan. 9. Comment. 5. n. 8. Viglius, in rubr. Inst. de testam. milit. n. 18. Duaren. ad tit. D. de testam. milit. cap. 5. Bocet. lib. 1. de iur. bell. cap. 11. n. 5.* ut scirent, non nisi cum membris, arma esse amittenda, quod Cic. de sui seculi militibus, praedicat: *2. Tusculan. Scutum, inquit, gladium, galeam, in onere nostri milites, non plus numerant, quam humeros, lacertos, manus; arma etiam, membra militis esse, dicunt: Et onera alia, ita apte gerunt, ut, si usus foret, abjectis iis, expeditis armis, ut membris, pugnare possint.*

22. Tantum certe in Cinguli jure, Romani posuerunt, ut piaculi loco habitum sit, militem, *in castris, non ascinctum versari,* quod ex illo Taciti *11. Annal. 18.* plerique colligunt, ubi Corbulo, veterem ad morem reducens, latantes populationibus legiones, militem,

Quidam  
ob functionem  
militarem.



litem, qui vallum non accinctus, atque alium, qui pugione tantum accinctus, foderet, morte multasse legitur: Nam cincti gladio, fossam aperire tenebantur, teste Veget. *lib. 3. cap. 8.* Et non, nisi qui exauctorabantur, Brissl. 2. *antiq. 7* aut sub jugum mittebantur, discincti erant, teste Ammian. Marcellin. *lib. 22.* Festo *lib. 9.* (quamquam Lipsius *ad d. Taciti locum*, hæc distinguat: *discinctum, & non accinctum esse*.) Hinc miles, qui arma tota, vel majora, alienavit, grave crimen committere dicitur, & desertori exaquetur, *l. qui commeatu. 14. §. arma. 1. D. de re milit.* Luc. de penna, *in rubr. vit. C. de Fabricens. v.* Caroli à Mansfeld. *Magisterium militare. tract. 2. part. 2. c. 3. pag. 169.* Læli. Taurell. *in tr. de militis ex casu*, ad A. Augustin. [ubi ostendit: arma, Romanis militibus erogata, stipendiis imputata fuisse. p. 348] Quam tamen pœnam, pro armorum ratione, mitigari, præsertim in tironibus, vult Tiraq. *tr. de pœn. caus. 10.* Et qui aliena arma subripuit, gradu militiæ deteriore locatur, *d. l. 13. §. qui aliena. 14. D. eod. P. Faber. 1. semestr. 17.* & amissa arma postliminiò ad priorem dominum non revertuntur, cum ea turpiter amittantur. *l. Navibus. 2. §. Non idem. 2. D. de captiv. & postlimin. revers.*

Hinc armorum privilegia.

23. Inde tot armorum profluxerunt privilegia, ut (1.) Creditoribus in Executione, ea invadere non liceat, quæ milites, militiæ causâ, habent, *l. miles qui 6. pr. D. de re judic. & arma militibus relinquenda sint, ut libri Scholaribus, & breviarium Clericis. Coler. de process. execut. part. 2. c. 3. n. 134.* (2.) ut pignori arma capi non possint: *arg. l. qui commeatu. 14. §. arma. un. D. de re milit. gl. in l. Ne pos proculo. 125. D. de verb. signific. Colleg. Arg. ad t. D. qua res pignor. §. 2. n. 12.* (3.) ut à Vectigalium præstatione, sint immunia, ita, ut ne professionem quidem de iis facere milites cogantur: *l. omnibus militibus 3. C. de vectigal. vide iterum Colleg. Arg. rit. de re milit. §. ult.* (4.) Nec filius arma, quæ ipsi, in bellum eunti, pater donavit, conferre teneatur. Vigel. *in method. jur. controvers. lib. 4. cap. 7. reg. 13. except. 4. Emenckel. 2. de privileg. mil. c. 21.*

Q

24. Et hæc, de militibus merentibus, indubia sunt: Quid de iis, qui extra militiam sunt constituti, censendum? Decian. *8. tract. crimin. 3. n. 39. in fin.* refert, plures se vidisse, qui se scribi fecerint, in numerum bombardariorum, ad hunc tantum finem, ut arma ferre possent; cum tamen vix unquam bombardas viderint:

sed,



sed ingrunte bello, coactos, præter spem, militare, atque ita ambitionis suæ pœnas dedisse. Ergo ii, qui in numeris sunt, cum per omnia momenta, expediti esse debeant, haut dubie arma ferre poterunt. ¶ Illis autem tironibus, qui ubi vix obliquis oculis, cum servo Amphitruonis, Martem adspexerunt, postliminium cogitant, domumque reversi, omnia mentiuntur, ne quâ in parte pyrgopolinici dissimiles appareant; illis, inquam, gladius tam seridè adimendus est; quàm manibus furiosi; cum plerumque honoribus sese ipsi opponant; armis autem, ad securitatem, vel non opus habeant; vel, nisi ad tumultum excitandum, uti nesciant. Adde, quod veteranis etiam privilegia militum, & jura, tantùm quoad militant & in castris degunt, conceduntur. *l. sed milites. 8. D. de excusat. tutor. §. sed hæcenus. 3. Inst. de milit. testam. l. filiusfamilias, pen. D. eod. l. sancimus. fin. C. de restitut. milit.* (Tametsi Tiraq. de Nobilit. cap. 20. n. 68. & 72. emeritis militibus, armorum gestationem concedat; quod fortè de præfectis, & quos eximia dignitas, post expletos militiae sudores, manet, accipiendum erit. *d. t. C. de Veteran. lib. 12.*) Quis ergo hos Thraones ferat, qui armorum gestationem, quasi jure quodam suo, sibi vindicant? ¶ Similiter armis etiam exuendi sunt milites Vagantes, planetæ terrestres, Herrenlose Knechte / Hünerefanger / *d. Nov. 17. infr. ibi: Non militantem, qui militum nomen prætendentes, re ipsâ sunt Catuli in sylvis, ut inquit, Bald. in l. 1. in fin. C. qui bon. ced. poss. propterea que militum privilegiis exuendi, & pœnis competentibus afficiendi sunt. l. Nemo. 13. in fin. C. de re milit. lib. 12. l. Veterani. 3. C. de Veteran. lib. 12. Recell. Imp. de Anno 1551. §. Nach dem auch. ut & Anno 1555. 1595. &c.*

25. Sed quæ de militibus, in specie dictis, modò allata sunt, ea & de militibus *juris Feudalis*, hoc est, Vasallis, intelligimus: per ea, quæ suprâ de Exarmatione, c. 4. §. 8. pag. 71. præmissa sunt. Innamq; arma bellica deponentes, conditionem Vasallaticam exuere velle dicuntur: *r. t. de Vasall. milit. qui arm. bellie. depos. 2. F. 21. Taliu militum, semper paratorum, loco olim erant Nobiles, quibus ideò feuda dabantur: Besold. 1. Fol. 7. 8. 3. vers. 2. & dict. supr.* Atque inde, qui sunt Nobiles, antiquitùs milites, modò etiam Equites, ferè ab Equestri militiâ, cui sunt obnoxii, (ut itidem dictum suprâ) à Latinè loquentibus & scribentibus, appellantur. Cromer.

De Nobilibus & Patritiis.



in Polón. lib. 1. Patriciorum quoque, in Republ. Romanâ, aded proprium jus fuisse, arma gestare, tradunt nonnulli, ut inter præcipua eorum insignia, gladius & arma, fuerint: quæ quamvis parvi momenti esse viderentur; mirificè tamen deterruisse plebem, ac Patriciis vim & potestatem auxisse, scribit Clapmar. *lib. 3. de arc. rerumpubl. cap. 19.* & ex eo Höpingk. *de insignib. cap. 2. num. 692.* Cujus rei imaginem etiamnum quandam durare, in quibusdam Germaniæ urbibus, ubi præterquã Nobilib. & Patriciis, non fas sit cuiquam, gestare gladium. Goldast. *tom. 1. rer. Alem. part. 1. in Ekkehard. jun. c. 4. Höpingk. cap. 6. part. 10. n. 1495. Draco de Patric. c. 6. n. 55. & seqq.*

26. Sunt, præter milites, & alii, qui muneris necessitate, ad armorum gestationem, adstringuntur, sc. *ministri Magistratum* (uti dicere occæpimus *th. 10.*) apparitores, Nuncii, pedelli, rabduchi, & hujus generis alii parastatæ & stipatores, quibus Magistratus, tum ad securitatem, tum ad officii executionem, utuntur. Socin. *reg. 47. allegans l. arma ad salutem. §. fin. D. de offic. præf. Vigil. ubi Bald. hanc materiam tractet, quæ tamen est l. Nam salutem. 3. §. sciendum est. 3. D. d. t. vide de stipatoribus Bodin. 4. Rep. 1. Keckerm. *diff. 34. quest. 5.* Clapmar. *de arc. rerumpubl. lib. 3. cap. 14. Farinac. crim. quest. 108. n. 99. & seqq.* Qui n. 100. Idem in familia & famulis Episcoporum obtinere scribit, adeoq; reprehendit potestatem interamnis (ita loquitur) quod officialem Episcopi pro delatione armorum cœperit. Pro qua sententia licet urgeri possint dicta scripturæ *Matth. 20. vers. 25. Luca. 22. v. 22.* Et ad aliqua veteris fœderis exempla, veluti Moylis *Exod. 18. v. 18. Heli, 1. Samuel. 1. v. 14.* responderi: Ea cum veteris testam. etiã ceremoniis & umbris per novi fœderis præcepta contraria, extincta esse & abolita, cum Havemanno *de jure Episcopali tit. 2. pag. 34. & 35. ubi Melchisedecum & Samuelem typum Salvatoris gessisse ostendit.* Hodie tamen non tam pastorale officium; quam conjuncta huic dignitas & potestas principalis in his respicitur *v. sup. pag. 77. th. 14.* ¶ Quin alibi, spreto omni legum moderamine, cives omnes promiscuè, & pro lubitu arma sibi arrogate conspiciuntur. *v. Arnif. lib. 2. de iur. Majest. cap. 5. n. 7. pag. 341. A. Matthæi, de vi publ. & privatâ. p. 510. Imò Decianus 8. tract. crim. 4. n. 5. in medio. scribit: Hodie, in quacunque regione & civitate, quemlibet arma portare posse, & quidem impunè, nisi expressè, Statutis*  
vell*



vel edictis, prohibeatur. Paulò distinctiùs Bodin. 4. de Rep. 7. n. 487. Italiae, ac multò magis etiam Orientis principes, arma ferre, aut gladiis subditos, præterquam eos, quos adhibent ad corporis custodiam, accingi non pati: At Gallorum æquè ac Germanorum & Anglorum moribus, id non modò licere, verùm etiam, Helvetiorum legibus, necessarium esse. Uter mos laudabilior sit, & Politici & Jure consulti variè disputant. v. de possess. armorum §. ult. cum præced. Certè Ferreti sententia, in tr. de iusto & injusto bello. n. 59. p. m. 32. Statuentis, optimi magistratus esse, sollicitudinem adhibere, ne ita passim populi (s. populares) arma ferant: Ad mentem Justiniani quàm proxime accedit. in Nov. 85. c. 3. v. sup. pag. 32. Machiavell. Princip. cap. 20. Autor. observ. polit. De nup. Gall. motibus. c. 9.

## C A P. IV.

*Quibus casibus Armorum usus alioquin prohibitus, promiscuè, h. e. etiam civibus inferioribus & in dignitate quadam haut positis, extra ordinem, permittatur.*

1. **E** Numeravimus hæcenus præcipuas personas, (si ita per Miltonium, in defens. pro popul. Anglic. pag. 11. & Vossium, lib. 1. de vitiis sermonu, cap. 32. pag. 139. loqui licet: favente Sueton. lib. 2. cap. 27. ibi: Namque illis in multorum sæpè personam, per gratiam & preces exorabilibus. Tacito, orat. seu dial. cap. 10. n. 10. Æmyl. Probo præfat. Vellei. Paterculo lib. 2. histor. cap. 31. Aliis :) Quibus jure singulari & præcipuo, facultas arma gestandi competit: Sunt tamen nonnullis legibus; quin ipsa quoq, L. Juliâ, expressi casus, quibus gestatio ista & usus armorum, promiscuè indulgetur.

2. *Primus casus, vel causa, est necessitatis publicæ, putæ cum ob subitarium hostis incursum civibus arma passim permittuntur; immò, indicuntur: Quæ de re in libro Novellarum Imp. Theod. extat memorabilis constitutio Imp. Theodos. & Valent. tit. 20. pag. 549. quæ sic habet.*

Causæ armorum gestationem promiscuè excusantes: (1) metus ab hoste.

*De reddito armorum jure.*

Imp. Theod. & Valent. A. A. ad Populum. Quo-

§ 3

ties



Leg. jam,  
vel tum.

res publica poscit utilitas, Universitatis sollicitudinem ducimus advocandam, ut omnibus profutura, impleantur ab omnibus: Nec molestum id provincialibus nostris credimus, quod pro ipsorum salute disponitur, ut resistendi prædonibus cura subeatur. Gensericus hostis Imperii nostri, haut parvam classem de Carthaginensi portu nuntiatum est adduxisse; cujus repentinus excursus & fortuita prædatio, cunctis est litoribus formidanda. Et quamvis clementiæ nostræ sollicitudo per diversa loca præsidia disponat, atque invictissimi principis Theodosii, patris nostri, jam propinquet exercitus; Et Excellētissimum Virum, Patricium nostrum, Aëtium, cum magna manu adfore mox, credamus: cumque vir inlustrius Magister militum Sigismundus tam militum atque foederatorum tuitionem urbibus ac litoribus non desinet ordinare: Tamen quia sub æstiva navigandi opportunitate satis incertum est, ad quam oram terræ possint naves hostium pervenire, singulos universosque nostros monemus edicto, ut Romani roboris confidentia ex animo quo debent propria defendere, cum suis adversus hostes, si vis exegerit, salva disciplina publica, servataque ingenuitatis modestia quibus potuerint utantur armis, nostrasque provincias ac fortunas proprias fideli conspiratione & juncto umbone tueantur: hac videlicet spe laboris proposita, ut suum fore non ambigat quicquid hosti victor abstulerit. *Et manu divina.* Proponatur amantiſſimo nostro populo Romano. & ad latus. Dat. VIII. Kal. Jul. Romæ, Valentiniano & Anatolio V. C. Coss. A. C. 440. *conf. t. t. C. Quando lic. unic.* Ex eadem vel simili securitatis publicæ causa, hodiernum, in aliquibus Civitatibus Imperialibus, cum Conciones factæ habentur, aut publici mercatus celebrantur, cives armati, & quasi in procinctu esse, jubentur: Eoque in primis tempore, moderatum armis precium, hunc in finem, statui solet, uti anno 1649. factum esse,



esse, exactis publicis, pag. 45. du Samedi 30. Janvier, patet; *ibi: Sur la plainte qui se fit, que les clinqualiers survendoient les armes, la Cour donna Arrest, portant deffenses aus dits Clinqualiers, Armuriers &c. de vendre les mousquets & autres armes, comme aussi la poudre & mesche à plus haut prix, que luy est imposé par la dite cour, scavoir;*

Les mousquets de Hollande & Sedan, dix liures:

Ceux de Liege, dix huit liures:

Les picques de fresne, vingt quatre sols.

La paire d'armes fortes, douze liures:

Les foibles, dix liures:

Les pistolets à fusil, dix huit liures:

Ceux à rouet, seize liures

La poudre à mousquet 20. sols.

La finne 24. sols.

La liure de mesche 4. sols.

3. L. Juliâ, (ad quam idè; non ad l.ii. C. ut armor. usus. re - *Causa ar-*  
ferre debebat Besoldus, daß Forst. Knechte/pro defensione, Büch- *morum ge-*  
sen zu sühren/ berechtiget seind. in thes. pract. verb. Forst. & Forstliche *stationem*  
Obriqkeit: in fin.) se offert (2.) Venatio. Quia enim Venatio fe- *L. Juliâ ex-*  
rarum, præcipuè majorum, sine armis, exerceri nequit, Wesenb. *cusantes:*  
*parat. D. de acquir. rer. domin. n.7. prætereaque multa Venatoribus* (2) Venatio.  
ex transverso, & inopinatò accidere solent: idè arma habere li-  
cet, ut quis in venatione iis utatur. l.i. ad L. iul. de vi public. Unde  
forfan illud promanavit, quod Dd. statuunt: Si Venator, in actu ve-  
nationis, sclopeto quem transfixerit, eum nec lege Corneliâ, nec  
Aquilâ teneri. Covarr. in Clement. un. de homicid. part. 2. §. 4. n. 1. Se-  
bast. Medices de Venat. part. 2. q. 9. Tormentis tamen, nisi ad noxias  
bestias tollendas, rusticis uti non licere, notant Dd. in d. §. si quis ru-  
sticus. §. vers. Nemo retia. ubi Isernia & Alvarotus. 2. F. 27.

4. Hanc porrò licentiam; (armis, inquam, in venatione  
utendi) adimi, cum superior Edicto delationem armorum prohibet,  
asserit Decian. d. cap. 3. n. 35. Ne enim, inquit, superior, quid novi,  
post jus commune, decrevisse videatur, etiam hi casus prohibiti  
censentur, ut ne, venationis gratiâ, portare arma liceat. Ita Hen-  
ricus IV. in Edicto prohibitorio, quo promiscuus sclopetorum  
usus sublatus fuit, disertè exceptit Nobiles Venatores, illis verbis:  
permis-



permissum & Nobilibus, ut in prædiis suis, ad venationes, his armis utantur. At enim (1.) neq̄ supervacaneum, nec infrequens est, jus commune novis legibus confirmari, præsertim desuetudine inumbratum. §. in quibus. §. proæm. Instit. Quocirca (2.) & hoc loco potius, ad jus commune censebitur reditum; Ea certè interpretatio in dubio præferenda est. Harman. Pistor. & alij plena manu adducti à Vall. Guil. Forstero lib. 2. de jur. interp. c. ult. reg. 2. pag. 369 Plane, si superior, & hunc casum, in prohibitione expresserit, haut dubiè nec in venatione, armis uti licebit. Quà ratione L. Domitius, cum Siciliam Prætor regeret, & ad eum eximie magnitudinis aper allatus esset, adduci ad se pastorem, cujus manu occisus erat, jussit, interrogatumque, quo telo confecisset; postquam venabulo usum comperit, cruci suffixit, non tam ob interemtam bestiam; quàm quòd ipse ad exturbanda latrocinia, quibus provincia vastabatur, ne quis telum haberet, edixerat. Cicer. Verrin. 7. Et ex Valer. Max. lib. 6. cap. 3. Richard. Dieter. de summa summi Imper. potest. §. 55. ubi nullum aliud, apud Ethnicos, extare amplius exemplum putat, trucidati ob bestiam, hominis: (Quamquam, neque ob bestiam, id factum, uti dictum:) Neque tamen propius abluat, quod apud Herodotum legitur, ubi Megabyzus Persa, quod Leonem, in venatione, in pedes sese, contra Artaxerxem Regem erigentem, jaculo occidisset, decollari, à Rege indignante, est jussus, quòd contra Persarum statutum, feram cedere occupasset, antequam ipse telum, in eam misisset; referente Dan. Ottone, cap. 1. jur. publ. p. m. 9. simile exemplum, de Basilio Rege, refert Keckerman. disp. extraod. de Monar. Persar. aphor. 5. ¶ Quà occasione de Q. An ob feram globo transfixam, capitis supplicium cuiquam sit irrogandum? videri potest Wesenbec. parat. D. de acquir. rer. domin. n. 7. Gail. 2. obs. 68. n. 10. & alii, allegati apud Dn. Cluten. diatrib. ad 1. Instit. de rer. divis. §. 10. Certè, si Princeps pœnam capitis edicto promulgaverit, affirmativa non improbabiler defendi potest. vid. Bachov. 2. disput. Treutlr. 20. §. 3. lit. A. & quæ nuper scripsimus, ad art. 159. Const. Crim. in Racem. §. 9. pag. 473. & seq.

(3.) Iter.

5. Iter etiam (3.) tam terrestre; quàm maritimum arma gerenti excusationem præstat: d. l. 1. D. ad L. lul. de vi publ. ubi Bart. & Angelus n. 3. quod ad clericos nominatim trahit Butr. in c. Clerici.

extr.



*extr. de vit. & honest. clericor. & de mercatore, quod, negotiandi causa, provinciam pertransiens, gladium suum sellæ alligare, vel super vehiculum ponere possit, Textus est expressus, in d. §. si quis rusticus. §. v. Mercator. 2. F. 27. Quæ verba non ita sunt accipienda, ac si arma ligata gestare debeat (quemadmodum Dd. vulgò perineptè, textum illum summant, quos sequitur Socin. reg. 47. fallent. 3. Cum n. jus hoc idè mercatori concessum sit, ut à prædone se defendere possit; uti paulò pòst dicetur: quomodo, adversum repentinos insultus arma ligata expedire poterit?) Sed quòd, si equo vehatur, gladium ephippio annectere, aut, si vehiculo utatur, in illud eundem reponere possit. Menoch. de A. I. Q. d. cas. 394. nu. 65. & seqq. Cui injuriam facit Decian. d. c. 3. n. 34. quando, contra ipsius assertionem, negat, ullos Dd. ex d. §. 5. ita ratiocinari, quòd quis in itinere, arma ligata portare debeat: Inspiciatur saltem Socinus, d. l. Aliàs elegantem rationè Decianus pro modò allata d. §. explicatio-  
ne, *ibid. in vers. Aliàs enim.* adnectit: quòd cum una determinatio, per se determinata, non possit difformiter determinare, v. *Thes. jurispr. lib. 4. cap. 20. axiom. 3.* in isto autem §. unâ determinatione, duo casus definiantur, sc. ut aut alliget sellæ, aut reponat in currum; idè altera non possit difformiter intelligi, h. e. cum loquatur, de alligatione in sella, non ea queat exaudiri alligatio, quæ impediret liberam evagationem: Et tamen, paulò post, *in fine d. n. 34.* ipse in has ineptias, à quibus Dd. omnes *contra attestationem Farin. quest. 108. n. 83. & seqq.* purgare volebat, prolabi videtur, dum n. 56. scribit: Declarationem istam, *quòd quis in itinere, arma ligata portare debeat,* locum habere posse, si quis ex itinere reversus, per urbem ambulare velit, armaque ligata habere: Alias enim, *inquit,* si in civitate semper manens, arma ligata ferret, faceret id animo, editum eludendi. Neque enim is, in itinere esse, negari potest, qui nondum ad possessiones suas pervenit. *arg. l. clam possidere. 6. in fin. D. de acquir. vel amittend. possess.* Si autem pervenerit in locum ubi prohibitio viget; deponere arma planè debet, non autem ligando leges eludere.*

6. Quare autem his & similibus, permessa sit armorum gestatio, ratio perspicua assignatur, *in d. c. ut sc. à prædonibus se defendant:* itemque in d. Novell. Theodos. *ut resistendi prædonibus, cura*

T

subea-

Et Farin.  
loco mox  
alleg.





*subeat.* Etenim licet hoc vel maximè, ad officium Magistratus  
 pertineat, curare, ut itinera tuta sint & secura; vim contra prædas,  
 injurias illinc prohibere, grassatores, per subditos & officiales, ex-  
 quirere, mutuaque vicinis auxilia, hanc ad rem conferre: *l. con-*  
*gruit. 13. pr. D. de offic. præsid. l. Lege Iulia. 4. §. mandatis. 2. D. ad L. lul.*  
*peculat. Recess. Imper. de an. 1548. §. Ferner. Landfried eod. ann. circ. fin.*  
*pr. Recess. Imper. anni 1555. Nach dem aber. Anni 1559. S. vnd haben vns.*  
*Anni 1566. §. Nach dem aber. nisi ad damna deprædatis resarcien-*  
*da, teneri velit: Zas. consil. 14. Marq. Freher. not. ad P. de Andlo*  
*lib. 2. cap. 18. pr. præsertim, si pedagium vel vectigal, ea de causa, sit*  
*solutum; Recess. Imper. de Anno 1559. §. Damit dann die Obrigkeit.*  
*Coler. de process. execut. part. 1. cap. 2. n. 296. Schneidevv. cap. un. n. 115.*  
*quæ sint Regalia. 2. F. 55. Borcholt. ibid. n. 28. Dan. Otto. c. 11. jur. publ.*  
*pag. m. 290. Quia tamen tanta est hominum malitia, tantus ha-*  
*bendi, & per fas nefasque, pecunias corradendi amor, & cupidi-*  
*tas, ut nulli carceres, nullæ cruces, nullæ rotæ, averrucando huic*  
*malo, sufficiant, Wesen. parat. de fure. pr. invalescentibus indies,*  
*in hoc furioso mundi exitu, delictis, idem ad l. Corn. de Sicar. n. 1. id-*  
*circò omnino viatoribus, ad sui, suorumque bonorum defensio-*  
*nem, arma concedenda fuere, ne post vulneratam causam, reme-*  
*dium quærere cogentur malo, quod possint antevertere, stre-*  
*nuè contra aggressores se gerendo: id quod impunè possunt, etiam*  
*usque ad mortem aggressorum. l. itaque si. 4. pr. D. ad L. Aquil. §. in-*  
*juriam 2. Instit. eod. t. t. C. quand. lic. unic. fin. jud. l. si ut allegas. 4. cum l.*  
*seq. C. ad l. Cornel. de Sicar. Paul. 5. sent. tit. ad L. Corn. de Sicar. Optan-*  
*dum autem esset, ut infelici hoc rerum statu, ex veterum instituto*  
*Stationes & Irenarchæ constituerentur, qui passim in provin-*  
*ciis securitatem & provincialibus & viatoribus præstarent, simul-*  
*que malignorum hominum rapacitatem ad rastra vel transtra,*  
*carceres atque remiges remitterent. juxta l. un. C. de Irenarchis. 10.*  
*75. Aded nulla causa tam infelix est, quæ non sublevari ex juris*  
*Justiniani prudentia possit: Dummodò diligentius evolveretur*  
*& æstimaretur, conf. l. ult. §. 7. de Muner. & honor. Frustra enim pacem*  
*sanciri jus nostrum docet, nisi tales pacis custodes constituentur l.*  
*49. C. Th. de Decurionibus conf. Augustin. epist. 159. ibi. Jctorum noto-*  
*ria pertinebat. & epist. 160. Panciroll. de magistr. Municip. cap. 18. De*  
 quibus



quibus verè usurpaveris illud Dd. effatum: In armis (publicis) & eorum ministris, publicæ utilitatis defensionem potissimum consistere. *post Signor. Magerus de Advocat. arm. c. 12. n. 122.*

7. Illud tamen hic prætereundum non est, apud Italos & Hispanos, in usu esse, ut neminem arma urbibus inferre patiantur, etsi è vestigio rectà transire velit; sed ablata in una porta, in altera restituant: Alibi funiculo gladium ad vaginam alligent: *Lips. l. Elector. 23. p. 428.* quod haut dubiè, ex illa Dd. traditione, fluxisse videtur: De qua *supr. §. 5.* Quod & in aliquibus Germaniæ urbibus munitis, servatur, ad imitationem fortè veterum Massiliensium, de quibus *Valer. Max. lib. 2. cap. 6.* ait: Intrare opidum illorum, nulli cum telo licet, præstoque est, qui id, custodiæ gratiâ acceptum, abituro reddat, ut hospitia sua, quemadmodum venientibus humana sunt: Ita ipsis quoq; hospitia præstantibus, maneant tuta. Et sigillatim, de forensibus, seu mercatoribus, notant Dd. statuta, armorum usum prohibentia, comprehendere quoque forenses, licet ignorantes tale statutum: cum percontari debeat, de eo jure, civitatem aliquam intrans. *Decian. 8. tract. crimin. 3. num. 19. & 26.*

8. De *Judeis*, iter facientibus, aut mercaturam exercentibus, specialiter in Germania dispositum, in Constitutione quadam *Ferdinandi I. Imp.* concernente die *Landvogten Hagenaw/ de Anno 1561. art. ult. ibi:* Es sollen auch die Juden hinführo in vnser Landvogten Hagenaw / kein Wehr / oder sonderlich kein lange Wassen / auch Büchsen / Wurffbeyhel / vnd andere verbottene Wassen / führen oder tragen; Sondern / so sie also in den Stätten / zu handeln haben / dieselben Wassen vnd Wehren / vnder jedem Thor / oder in ihren Herbergen lassen. Aber Brodmesser kleine Dölch vnd Weydner / die mögen sie wohl tragen / desgleichen auff dem Land / aufferhalb der Statt / mögen sie die anderen / ihre Wehr vnd Wassen auch führen vnd tragen: Welcher Jud sich aber der Wassen nicht massen würde / der soll jedes mahl / so oft er das vbertritt / mit drey gulden gestrafft werden. *fac. l. 35. & ult. C. de Iudeis. ubi d. tract. de jure Sacro. Ordin. Polit. de Anno 1530. tit. von der Juden Kleydung. Martin. Mager. de Advocat. arm. cap. 8. num. 277.*

9. Limitat præterea, prohibitionem hujus armorum usus

T 2

Decian.

III.



Decian. d. cap. 3. n. 34. & Socin. reg. 47. fallent. 2. ut locum non habeat, in eo, qui ad possessiones suas, extra urbem ire vellet; quam iurem Socinus, per incuriam, producit textum *l. fin. C. de prox. sacr. scrin. lib. 12.* cum allegare voluerit *l. iubemus. ult. C. de prepos. sacr. cubic. ubi dicitur: prepositos sacri cubiculi, deposita administratione, in ordinem Senatorum, adscribi, iisque extra urbem proficiscentibus, cingulo militari uti licere.* Ex qua nonnulli contrarium, de jure civili, colligunt: prohibitionem hoplophorias, tempore Anastasi Imp. (qui centum amplius annos post Imperatores nostros, vixit) in tam viridi fuisse observantia, ut viri illustres multis precibus, hoc tantum ab Imp. contenderent, quo ipsis, ad possessiones suas euntibus, cingulo uti liceret. Verum, sæpè dictum est, eam legem, non de gestatione armorum; sed Cinguli, in specie dicti, agere. Enimverò, licet vox Cinguli, aliquandò latius usurpetur; Panciroll. 1. var. cap. 10. Hoping. c. 2. de insign. n. 499. & seqq. Hoc tamen loco Cingulum Magistratuū notat in administratione possessorum: quod idè cæteris honorariis vel emeritis, promiscuè, non erat indulgendum. Panciroll. d. lib. 1. cap. XI. per tradita *supr. c. 4. §. 17.* qualis etiam est prohibitio Henrici IV. ib. allegata. ¶ Equidem ratio posterior *d. l. fin.* quòd hæc licentia, ad nullius læsionem, respiciat, patrocinari videtur promiscuæ consuetudini, quâ hodiè plerique, in villas suas exeurrentes, armis sese accingunt. *conf. Farinat. quest. 108. n. 120.*

IV. & V.

*sed rejicula*

10. Tandem & alias duas causas, quæ armorum gestationem excusent, ex *d. l. 2. D. ad L. Iul. de vi publ.* comminiscuntur Dd. nempe, ut & commercii gratiâ arma impunè liceat transferre, & oblata, in hereditate, detinere. Decian. d. cap. 3. n. 35 & 36. Verum, utraque impertinens est: Nam, quod ad priorem; translatio illa armorum, mercaturæ causâ, non continet talem armorum usum, de quo nunc disquirimus; in posteriori autem, jus possidendi & gestandi arma, evidenter confunditur. *v. cap. 3. de possessione armorum §. 15. pag. 38.* Ut sanè Dd. hæc alibi etiam miscent. Ludovic. Carer. *prax. crimin. ad verb. itemque eorum, qui manifestam violentiam commiserunt. pag. 31 n. 2. & seqq.* De causa defensionis, quam *l. 11. §. ult. L. Iulia de vi publ.* suggerit, jam suprà dicere occupavimus, *cap. 1. §. 5. & infra,* peculiari capite, uberius differetur.

CAP.



## CAP. V.

*De Obiecto & modo, Concessionis, iuris hoplophoria.*

1. **E**Xposuimus hactenus, Quinam arma concedere possint, quod ad efficientem pertinet; qui item arma portare possint, vel non; *subjecti loco*; De objecto, in protheoria & *tr. de Aphoplismo cap. 5. pag. 81. actum est. Adhib. Dd. ad l. armorum. 41. de V. S. Carolus à Mansfeld. tr. 2. de iure militia. part. 1. c. un. §. 20. de Armis, vers. Arma alia ad nocendum; alia ad tegendum.* Posset tamen id addi: Latius sumi vocem *Armorum, in usu exercito*, h. e. ad actum ultimum s. effectum admenationis, (ut Dd. loquuntur,) vulnerationis, aut cædis, relato: Aliter autem, in materia *gestationis armorum*. Ibi enim, voce teli, omne genus armorum venit, prout etiam in Edicto, 9. Febr. in hac Republ. promulgato, videre licet: ibi: *Welcher auch (1.) Ein Messer: (2.) Dolchen: (3.) Schwerdt: (4.) Degen: (5.) oder ein ander Wassen / gegen dem andern freventlich zuecht oder wirfft etc. & §. seq. Welcher aber den andern / auß böshafftē Vorsatz / blutrünstig mache / es sene mit Messern / Dolchen / Stiletten / Schwertern / Stenen / oder mit andern Gewehren.* Conf. D. Mævium *lib. 1. statut. Lubecens. tit. 2. artic. 1. n. 47.* At, in quaestione de hoplophoria, discernendus est iterum usus necessitatis, seu defensionis; ab usu dignitatis & ornatus. Utcunq; enim, priore etiam respectu, latius vox *armorum* accipiatur, ut in *panoplia Goliathi, 1. Samuel 17. vers. 20. & seqq. quem locum prolixè tractat & exponit C. Sanctius & c. post alios.* Postremo tamen sensu, ad gladium & pugionem, ferè restringitur. v. *supr. cap. 1. §. 3. Charondam lib. 8. Codicis Henriciani, tit. 7. l. 2. & l. 9. & 10. p. 232.* Itaque ii, quibus arma hodiè gestare licet, vel ad defensionem ea gestant, ut milites, viatores, venatores: & his, cum in expeditione, itinere venatione versantur, omni armorum genere, haut dubiè uti regulariter, permissum est; vel dignitatis ergò, uti suprà dictum: Et his non convenire (ad hunc saltem finē), videntur bombardæ, Sclopeta, pugiones, quos Stilletos vocant; nec reliqua etiã arma defensiva, quæ non ex dignitate, geruntur. Quo fine Keckerman. 1. *Polit. 22.* Principi præscribit, ut prohibeat, ne subdola arma gerantur, veluti sicæ, & ejusmodi alia, neve bombardæ & sclopeta, temerè explodantur.

T 3

2. Nunc



*Olim, per  
expressam  
concessionem  
tantum  
hoc ius con-  
ferobatur.*

*Hodie, etiã  
per taci-  
tam:*

2. Nunc methodus efflagitat, ut occasione *Forme*, attingamus, quemadmodum armorum usus concedi, & postea, quomodo usurpari jus concessum, rectè debeat. Rationem & formam concedendi jus armorum, quod attinet: Doctores communiter, concessionem *expressam* requirunt; nec licere cuiquam, arma portare, statuunt, contra prohibitionem; utcunque Princeps sciat, si non exsertè hoc permittat: Quod jam supra *cap. 2. pr. & f. c. 4.* annotatum, & Decian. *d. lib. 8. cap. 3. n. 28.* ex verbis *d. l. un. Nobis insciis atque inconsultis*, seorsim colligit: Cum Impp. non satis habuerint dicere *insciis*, ne à contrario sensu, possit inferri, Ergò scientibus illis, licet: sed addidisse: *atque inconsultis*, quod diversum esse, arguat copula, quæ ponatur inter diversa. Ergò (porrò infert,) si requiritur consilium Principis, præsupponitur responsio ad consultationem, vel affirmativa; vel negativa: Si negavit, contra voluntatem Principis, quis gereret? adeoque requiritur licentia expressa, quia hoc casu in prohibitis, scientia non inducit mandatum. Hæc Decianus. Quæ omnia, ad rationem statûs anterioris & juris Civilis, quod Statutis Italiæ, compluribus locis, jure meritoque firmatum est, Bodin. in *d. lib. 4. de Republ. c. ult. p. 487.* exigenda sunt. At, cum in Germania & locis septentrionalibus, eodem iterum Bodino teste, hodiè contraria consuetudine, armorum gestationem, pænè ubivis, receptam esse, cernamus, & ipse Decianus, *loco supr. citato, cap. 6.* fateatur; hæc autem, solâ Magistratûs patientiã, inducatur: Wesem. *parat. D. de ll. n. 9.* non videtur præcisè requiri assensus expressus; per tradita Giurbæ, *cons. 63. n. 23.* nisi recentiore edicto, alicubi denuò cautum sit, ut nemo subditorum, cujuscunque ordinis & dignitatis sit, arma gerat. Ubi tamen iterum Decianus, immemor quasi prioris sententiæ, per *l. ult. C. de Fabricens. lib. 11.* probat, quod licentia etiam quandoque detur dissimulando, seu jubendo officiales, ut conniventibus oculis pertranseant, si videant, talem arma ferentem; & hoc idè, ne, si expressè concederent, ab aliis etiam, eã de re, importunis flagitationibus, sollicitarentur.

3. Ratum proinde & firmum manet, quod supra dictum est, armorum gestationem concedi, vel expressè; vel (hodiè præsertim,) tacitè. *Expressa concessio*, fit ab eo, qui potestatem ejus juris conferendi habet, *vid. d. cap. 2. collata disputatione Mageri de advocat. armata, cap. 6. n. 591. & seqq. itemque 6. n. 626. ubi concludit: Armorum impositionem & similia jura Advocatis &*  
pro-



protectoribus den Schutzherren in clientes non competere: multo minus his, qui merum Imperium tantum vel jus gladij in quodam loco obtineant. Modi hujus expressæ concessionis, varii sunt: Quibus non quidem exactè; sed quodammodò, connumerantur sequentes: Primò mos *Cingendorum militum*: *Militibus,* quia is non, ad nudam armorum gestationem, pertinet; sed ad delectum militarem, & ad tironum, militiæ adscribendorum rationem. Ac nec fortè omnimodò exactè huc refertur *Cingulum civicorum Magistratuum*; quia dignitatis collationem hæc res continebat potiùs, quàm jus gladii gestandi: Hinc *Cingulum,* *Magistratibus,* pro administratione seu munere, itemque dignitate, & titulo dignitatis &c. in Codice, usurpatur.

4. Trahitur huc etiam ea *Cingendi* ratio, quâ *Equites* olim, post commissum prælium, ex iis, qui se benè gesserant, à Principe, vel ejus legato, fiebant: *Vincent. Lucanus de Magistrat. & præfect. Francor. lib. 1.* qui hodiè, plerumque post coronationes Regum, creantur, percussis gladio evaginato, leviter eorum humeris, qui Ordinem hunc mereri visi sunt. *Dan. Otto. de jur. publ. cap. 10. p. m. 200.* Ità de Rege Poloniae Cromerus, *lib. 1. Polonsa.* Deinde, (post coronationis solennia,) inquit, versus quatuor mundi plagas, gladium Rex vibrat, rursusque residens, ejus contactu, sive leni ictu inter scapulas cujusque; Nobiles, Equitesque auratos, creat; quod perinde est, ac si balteo militari donet. Quod idè in Hungariæ regno, aliisq; servatur. Sic, de Angliæ Rege, Thom. Smith. *lib. 1. de Repub. Anglor. c. 17.* Equites vexilliferi in acie sunt, abscissâ vexilli cuspide, in formam signi militaris; sed iste ordo, per Angliam, ferè exolevit. Equites Balnearii, in ipsis Regum sacrandorum celebritatibus, non sine prolixis & curiosis ceremoniis, insigniuntur, veluti quòd Candidatus dignitatis, genu nixus, ense evaginato, in tergum aut humeros, feritur, loquente in hæc verba Principe: *Soyez Chevalier au nom de Dieu, &c.* Atque iste cingendi mos, uti jam obtinet: ita semper *cingendi* Equites, non *creandi*, phrasis, longè fuit antiquissima. *Hac ille. Add. Pasquer. lib. 2. des recherches. chap. 15. pag. 165.* Hieron. Megiserum *in propugnaculo Europa cap. 14. pag. 159. & seqq. ibi: Als dann gibt der G. dem N. eine verguldte Wehr in die Hand &c. & pag. 161. ibi: Als dann nimbt der G. einen Gürtel/ vnd umbgürtet &c.* Franciscum de la Portella *im Ritterbüchlein cap. 6. p. 25.* Frivolum autem videtur, quod Lucas de Penna *ad l. his alias. 5. C. qui milit. poss. vel non n. 2. ex 2. Macchab. cap. ult. vers. 15.* probare nititur, gladium, quo quis cingatur, aureum, seu deauratum esse debere (quemadmodum quidem de ocreis id etiam tradi solet, & *Faucher de l'origine des chevaliers chap. 1. pag. 14. & Megiserus d. lo. pag. 165. ibi: der G. zeigt dem N. die verguldte Sporen &c.*) Cum & Politici doceant: Militem horridum magis esse debere, sive benè armatum; neq; tam cælatum auro argentoq; quam ferro & animis fretum laudari, è Livio. 9. 40. 5. Lipsius. 5. *Polst. 13. n. 62. Curt. 3. 3. f.*

5. Propius omnino accedit consuetudo, quâ Principes & Nobiles ministris suis, perfectam ætatem adeptis, impacto colapho, (quo primæ ætatis nugis & ineptiis colophonè se imponere, significant, & simul eos ex potestate dimissos, declarant *Bald. 1. l. 1. S. miles. un. de testam. milit.*) adjectis illis verbis: *Das leyd von mir/ vnd von keinem andern;* denique donato gladio, jus illum gestandi, concedunt, *Sie machen sie Wehrhafftig.* *Rosin. 1. antiquitat. Rom. 20. Schoenborn. 6. polst. 13. Besold. in thesaur. pract. hæc voce: Wehrhafft machen, Nolden. de stat. Nobilit. 6. n. 73.* Vbi hoc nonnihil antiquam manumissionem

*Moribus,*  
*Magnates*  
*ministros*  
*suos, ferè*  
*per cingulâ*  
*eo jure donant.*



nem sapere, scribit: quâ dominus, caput aliudve servi membrum tenebat, ac præfatus, *Hominem esse liberum solo, cum manu versum, infractâ palma, seu in pacto colapho, potestate suâ emittebat.* *Wesemb. parat. D. de manumiss. n. 2. Dd. ad S. praterea. 6. Inst. quib. mod. patr. potest. solvit.* Simile quid, de Germanis, memorat Tacit. *de morib. German. c. 13.* Arma, inquit, sumere, non ante cuiquam moris, quàm civitas suffecturum probaverit: Tum in ipso Concilio Principum, aliquis, vel pater, vel propinquus, scuto, frameaque, juvenem ornant: Hæc apud illos togæ, hic primus juventæ honos: ante hoc domus pars videntur, mox Reipublicæ. *vid. Lips. in not. ibid. n. 44. & cap. sequent. Taciti.* Filios quoque per arma, sive armorum traditione, asciscere sibi solitos fuisse gentes bellicosas, ex Cassiodoro & Procopio, probat P. Pythæus *adversariorum subsecutor. cap. 1. Conf. Dn Berneggerum in quest. miscellan. ad c. 13. Tacit. Germ. q. 66. ibi:* Neque verò dubium est, ex hac ipsâ veterum Germanorū consuetudine, manasse ritum, etiamnum passim usitatum, quando Nobilibus Germanis jus Gladii conceditur, in quo quasi emancipationis ritu, alapa etiam intervenire solet. Vnde ab eo non videtur abluere veterum Romanorum illa manumittendi ratio, per rapismata ac alapas, cujus fit mentio in *l. ult. C. de emancip. lib. & Novell. 81. Isidor. lib. 9. cap. 4. Junge Dracon. de parric. c. 5. n. 57.*

Item, per  
Edictum,  
aut privi-  
legium.

6. Maximè autem illa expressa concessio dici potest, cum publico Edicto, aut voce præconis, arma civibus imperantur; *veluti de Helvetiis p. 141. narravit Bodinus: conf. A. Matthæi ad lib. 48. D. tit. 4. c. 4. de vi publ. & priv. n. 1. pag. 510. f. Machiav. Princ. c. 20. Vers. nunquam. ibi: Novus princeps inermes nactus subditos.* aut alicui, ex singulari gratia superioris, contra prohibitionem communem, hoc jus conceditur, cujus rei exemplum haberi, putant nonnulli, *in d. l. fin. C. de prapof. sacr. cubic.*

Tacite au-  
tem, per u-  
sum diu-  
sarium.

7. Hodie quoque tacita armorum concessio fit, per usum eorum, qui non, ex præmissis causis, disertè prohibentur: *arg. Nov. 89. c. 15. ibi: Quoniam & non utendo. l. si interpretatione. 37. & seqq. D. de ll. Coll. Arg. ad l. Jul. de vi publ. 3. n. 4.* ac patientiam superioris: *Treutl 1. disp. 1. 8. 9. lit. D. Et hujusmodi, consuetudo, expresso statuto æquipollet. Cravett. conf. 137. n. 2. 3. & consil. 241. n. 7. Curt. tract. feud. q. 3. n. 5. per l. de quibus. 32. ubi gl. & Dd. ff. de legib. An autem cõcesso castro, etiã arma bellica, quæ in castro sunt, ad Vasallum pertineant? *Vid. Bocer. cl. 2. p. 120. th. 11.* Nobis enim, jam valdè festinare, ob instantem abitum, coactis, ad ista digredi non licet.*

Quæ ead. in  
prohibitio-  
ne, fermè  
obtinent.

8. Consimili ratione, & prohibitio, vel expressa est, vel tacita: uti dict. de aphoplismo cap. 6. Tacita prohibitio, ibi intervenisse intelligitur, ubi consuetudo contraria inolevit, ut pro miraculo sit, armorū gestatio, veluti est apud *Liv. lib. 21. c. 20.* Expressa prohibitio, fit, per publica Decreta & statuta, *Decian. 8. rr. crim. c. 3. n. 19.* (ubi tamen voce *Consuetudinis*, abuti videtur, dum consuetudine arma prohiberi, nuncupat, quãdo prohibitio fit, per Edicta & proclamationes.) Et prohibetur gestatio, vel in totum, vel certo respectu, ut in articulis *Senatus Majoris Reipubl. Argen. art. 334. sub. rubr. Wer in der Statt mit Schwerdtern reitet. Sanctio ipsa sic habet: Es soll kein vnser Bürger bey Tag/inwendig der Ringmaur/ dieser Statt/mit einē Schwerdt reiten/ Wolte er aber reiten/vor die Ringmauer/ da die Bräwē bey einander wāren/ vnd Rurtweilen: das soll er thun/ ohne Schwerdt/ ohne gefāhrd. Man mag auch wol Schwerdt führen in dieser Statt/ so man reitet bey tag zu Pfingsten/ zu der Rentafell/ vnd so ein Hoff hierinnen ist/ so man sticht oder Turniret: Vnd ein Meister/ die weit Er Meister ist/ vnd Ammeister die mit Ihme reitend/ ohne gefāhrd. Wer das bricht/ der boffert 4. Wochen von der Statt/ eine Meyte.*



H. 12  
CHRISTO REDEMTORE  
AUSPICE,  
DISSERTATIONEM  
*hanc Juridicam*  
DE  
LEGITIMO ARMO  
RVM VSV

SUB PRÆSIDIO  
AMPLISSIMI CONSULTISSIMI AC EXCEL-  
*lentissimi Viri*

Dn. JOH. OTTONIS TABORIS,  
JCTI, ET IN ACADEMIA ARGENTIN.  
Professoris Primarii, Dn. Præceptoris sui  
ætatem colendi,

*Publicè tuebitur*

GERHARDT JAEN LEDEBAUR  
Eq. Ravensberg.

*Ad D. 3. Novemb.*




ARGENTORATI  
Typis JOHANNIS PHILIPPI MÜLBI  
ET JOSIAE STADELII,

---

M. DC. LI.









DE LEGITIMO ARMORUM  
usu.

C A P. I.

*De circumspectione in armorum gestatione  
adhibenda.*

T H E S I S I.



Tcunque armorum usus, lege, consuetudinae, privile- *Non inte-*  
gio; aut provincialibus promiscuè, aut certis quibus- *grum est,*  
dam civibus singulariter, indultus probetur aut suppo- *arma ge-*  
natur: Nunquam tamen concessio ejusmodi, ad libi- *stare:*  
dinem humani ingenii laxanda, sed intra juris & æqui cancellos  
semper est cohibenda. Cancelli isti respiciunt, tum usum gesta-  
tionis simplicem: tum ultra, ad defensionem & tutelam legitimè  
tendentem. De utroque moderamine, breviter nonnulla sumus  
subjecturi. Ad rationem ergò & formam armorum gestandorum,  
illud spectare videtur, ut debito loco & modo, fiat. Primum enim  
*Loci* quidam, ab armorum strepitu, sunt immunes, ii que tum sa-  
cri, tum profani.

2. *Sacri* sunt, *templa & monasteria*, intra quorum septa, sine *In locis sa-*  
Præpositorum licentiâ, arma tenere, aut gestare, nemini licet. Cle- *cris.*  
ment. 1. §. *Quia verò, vers. præfata. & ibi Cardin. de stat. Monach.* Quin  
immò, non solum à summi DEI templis & altaribus, arma pro-  
hibentur; sed & ab areis, porticibus, cellulis, domibus, hortulis,  
balneis: *l. pateant. 3. §. arma quoque. 1. Cod. de his, qui ad Eccles. confug.*  
(Quæ scil. ministrantes Ecclesiæ, intra ipsa sacrarum ædium mœ-  
nia habebant. Dn Gothof. *ad d. l. 3. C. verbo: sive in cellulis.*) usq; aded,  
ut armatis, ad Ecclesias salutis causâ, confugere non liceat. sed, si  
arma secum, in Ecclesiam intulerint, jubeantur ea deponere, cum  
V reli-



religione loci, satis defendantur, ut armorum præsidio, opus non habeant, ac nisi arma deponant, ex Ecclesia abstrahantur, secundum præscriptum *d. l. 3. §. ult. Ita etiam Leunclavius in paratit. antiq. lib. 1. tit. 12. §. 3. p. 86. vers. confugas.* Quemadmodum & servus, qui, cum armis, ad Ecclesiam confugerit, inde extrahi debet, & si resistat, impunè potest interfici. *l. si servus 4. C. eod.* Laudat eam religionem in hominibus Barbaris Ludovic. Florius apud Maseum, *lib. 3. epistolar. ex India*, testatus, Bartholomæum, Japoniæ Regem, quoties ad Cosmum Turrianum, Jesuitam, salutatum accessisset, id ei honoris habuisse, ut in ædium ingressu, pugionem, cæteraque arma, deponeret. *pag. 62.*

3. Hodiè tamen, ex recepta Germaniæ consuetudine non solum gladiis accinctis, sacris interesse licet; (nisi quòd ad sacram synaxin, & susceptionem infantium è sacro lavacro, accessuri, qui religiosiores, vel saltem civiliiores, sunt, arma deponunt) sed & in plerisque Civitatibus Imperialibus, Civibus omnibus, sub multâ, injungitur, ut concionibus, gladiis accincti, intersint, ad omnes subitos casus parati, *quod & supra monitum. v. Rittershus. de jur. asyl. cap. 7. n. 5. p. 106.* Maximè, si in provincia, motus aliqui existant, aut metuantur: Vel exercitus aliquis oberret; uti factum Argentinæ. mens. Octobr. 1643. ubi sub pœna 39. solidorum, civibus injunctum fuit, ut concionibus armati, interessent. Quod & aliàs sæpè fuit observatum. Idem, de vetustissimis Germanis, Plin. *in Panegy. testatur, ibi: Hæc Majores vestri templa non ingrediebantur, nisi armati.* Quamobrem haut immeritò quærere licet: Cur in *Aurea Bulla cap. 2. §. 1.* à serenissimis Electoribus & secularibus requiratur, ut Francofurti ad Rom. Regis electionem processuri, in templo D. Bartholomæi, omnes, cum tota familia, tempore præstandi juramenti, inermes, coram altari consistere cogantur? *ibi: die Alle sollen mit ihrem ganzen Gesinde / vngewapnet se.* Commentatores equidem, eum locum, sine disquisitione ulteriori, præmittunt. Nec Dn. Limnæus *lib. 2. cap. 3. n. 41.* ubi Ceremonias Electionis describit, quicquam hîc movet. An ergò religioni id datur; an securitati? An utriq; ; An libertati ferendorum suffragiorum. Sanè exemplum prælii in Ecclesia Goslariensi inter Episcopi Hildesiensis & Abbatis Fuldenis ministros armata ma-

nu, cum



nu, cum multorum cæde Anno 1063. commissi. v. Lamb. & alios ap. Cluver. in Henric. IV. p. 504. Gothfrid. part. 6. Hist. Chronolog. pag. 549. Posterioribus Impp. cautelam hanc non immeritò potuit persuadere. Utiq; in Comitibus Aliis, sereniss. Saxoniz Elect. vel ejus Legatus, gladium Imperatori præfert, eumque vice Mareschallus durante officio Missæ sustinet. v. Arumæum cap. 7. de Comitibus. n. 10.

4. Alicubi tamen Pontificii etiamnum, in Monasteriis, cum morem servant, ut, in aditu domum religiosarum, arma deponere jubeant illos, qui, earum contemplandarum causâ, intrare desiderant. Quid Impp. ipsis, hac in re, olim custoditum sit, apparet ex act. Concil. Ephesin. cujus summam, huc pertinentem, refert Baron. in Ann. 431. §. 6. ubi Theodosius Imperator ita loquitur: Nos, qui legitimi Imperii armis nunquam non circumdamur, quosque, sine armatis stipatoribus esse, non convenit; DEI templum ingressuri, foris arma relinquimus, & ipsum etiam diadema, regiz Majestatis insigne, humiliter deponimus, & sacra altaria, munerum tantùm offerendorum causâ, accedimus: Quibus quoque oblati, ad extimum, communeque atrium, mox Nos recipimus, nec quicquã ex propinqua divinitate, nobis arrogamus. &c. Eaque de causa gravius puniuntur, qui in Ecclesiis turbas movent, vel aliàs delinquunt. l. 2. & 5. C. de his qui ad Eccles. confug. l. si quis in hos. 10. ibi: vel ipsi cultui locoque aliqua irrogatur injuria. Cod. de Episcop. & Cler. D. Carpzov. lib. 3. Jurisprud. Consist. definit. 95. & seqq. Hac ille.

5. Sed & profani quidam loci, arma non admittunt, veluti (1.) Palatium Principis: arg. tit. C. de palat. & domib. domin. Angelus in l. armatos. 9. D. de vi publ. Socin. reg. 48. in fin. per §. ad palatium. 6. lib. 2. F. 27. Laudens. tract. de Princip. privil. 632. Quâ ratione Principes jam olim securitati suæ consultum voluerunt. Sic Claudius Imp. omnes, qui ad ipsum veniebant, viros & fœminas, explorari jubebat, ne quem gladium, aut ficam haberent: In conviviiis etiam ubique milites quosdam adstantes habebat, atque id ab eo deinceps, ad hoc ævi, servari, ait Dio in Claudio. Quod & Neroni placuit: Hinc Vologeses, Parthorum Rex, propriis nunciis à Corbulone, Romanorum Duce, petiisse, apud Tacitum, legitur, nequa Tiridates, ipsius Frater, quem Armenii Regem coronaverat,



ferrum ponere cogeretur: 15. *Annal.* 32. & ubi Tiridates, ad Nerone-  
nem veniens, acinacem ponere, juberetur, aliàs ad salutationes  
Imperatorias non admittendus, *Dio lib* 63. renuit; sed clavis eum  
vaginæ adfixit. *Xeph. lin. in Nerone.* Porro, in cœtu salutantium  
Principem, ferro accinctum deprehendi, capitale fuit, (ut apparet  
exemplo Gn. Novii, apud Tacit. 11. *Annal.* 22. Et 4. *Annal.* 21. de Cal-  
purnio Pisone, accusatores Majestatis, inter alia criminabantur:  
Eum, gladio accinctum, introire curiam.) Quod, sub cultus & ob-  
servantiæ prætextu, insidiæ clandestinæ erant metuendæ, uti vel ex  
illo *Sallustii, Catilinar. cap.* 28. patet: Constituere eâ nocte, pauld  
post, armatis hominibus, sicuti salutatum, introire ad Ciceronem,  
& de improvise, domi suæ, imparatum confodere. Hanc tamen  
ipsam salutandi consuetudinem, manente etiamnum civili bello,  
Vespasianus omisit, teste Suetonio, *in ejus vit. c.* 12. *in fin.* neque dum  
hodiè Aula Imperatoria, sollicitè servat v. *Autor status Regim. Imp. c.* 8.  
64. *vers. supremi cubic.* quamquam in aliis Aulis, ubi nec cœlo pro-  
xima capita, à mucronibus Monstrorum, satis sunt tuta, etiam-  
num observetur. v. *Vincent. Lupanum de Magistrat. Francor. lib.* 1. *sub-*  
*tit. de Rege Ribaldorum & Præposito hospitii.* Vor dem Groß Fürstem  
in Moscau/ darff niemand/ auch die Legaten nicht/ im Degen erschei-  
nen. *Olear. in der neuen Moscau wirtschê Persischen Reißbeschreibung//*  
*pag.* 27. Similia de tyranno Turcico memorantur v. *Adam Wen-*  
*nerum im andern theil Constantinop. Reise. pag.* 56 ubi rationem &  
occasionem hujus moris ex aliis enarrat. Idq; in Legatis hostium  
jure & consultò fieri eleganter docet *Freder. de Marselaer lib.* 2. *Le-*  
*gati sui, dissert.* 12. *pag.* 253. Ibi: Arma, quamvis ut ornamenta, more  
sæculi, legatus gerat non timenda: Deponere tamen, dum exci-  
pitur, quandoque ab hoste jubetur, atque adedò quandoque vesti-  
menta excutere, ne quid fortasse teli abscondatur. Reperire enim  
fuit, & fortè in posterum fuerit, eâ audacia & improbitate homi-  
nes, qui magnam potius quàm bonam expetentes famam, memo-  
rabili aliquo, licet nefario facinore & manum & munus violare  
audeant, vitæ suæ prodigi, sic velut domini alienæ; prompti & cu-  
pidi interire, modò interimant. *Hactenus Marsel.* Nec Venetus  
Senatus, nisi positis armis aditur, v. *Hubert. Thomam lib.* 7. *Annal. Fri-*  
*derici II. Palat. pag.* 143. Ubi singularis benevolentia elogio de-  
prædicat



prædicat beneficium Principi suo exhibitum, quod in Senatum gladio cinctus introductus fuerit, quod nemini alias permittatur: Ministris autem sine gladiis ingrediendi potestas facta fuerit, *conf. inferius. §. 7.* De aliis Italiæ Principibus talia nondum observavimus, utcunque in ceremoniis ejusmodi & titulis valde sint delicati. v. In Consultat. Europ. Orat. contra Ital. p. 797. Similis narratio invenitur in relatione Danielis Eremitæ pag. 325. (Hominis procacis & dicacis, qualis esse solent, qui per gradus syncretismi in apostasiam prolabantur. v. *Casaubon. epist. 458. pag. 551.*) ¶ An autem, stante jure: Ne arma gestare liceat, in Palatio Principis: hoc & absente Principe, est intelligendum? Adfirmat id contra negantem, Petr. Placam. *lib. 1. epit. delict. cap. 8.* Menoch. *de A. I. Q. d. cas. 394. n. 40.* Distinguit Decian. *d. cap. 3. n. 61.* An statutum loquatur de Palatio, demonstrativè, ut *Palatium potestatis*; aut conditionaliter: *si aderit Potestas*: Illo casu, ne quidem absente Potestate, arma inferre licere, hoc autem, absente Potestate, pœnam non incurrere, decernit.

6. Nec (2.) Curis seu Prætorio arma inferenda sunt: Nam, *Prætoris.* ut à reliquis adfectibus: ita & à metu, ea loca immunia esse debent. v. l. 3. *C. de metar. Et Epidem. & ad eam, suo loco dicta.* Quod vel de Magistratu ipso, vel de subditis, intelligitur. Quod ad Senatores, ita sanè, jam olim, disposuit Theodos. Imp. in *Codice Theodosiano lib. 14. tit. 10. l. 1.* ut nullus senatorum, habitum sibi vindicaret militarem, sed chlamydem terrore deposito, quietæ colobiorum & penularum indueret vestimenta &c. Quanquam lex illa, non ad prætoriam speciatim pertinet, sed ad totam Urbem Romanam. Horsum certè illud Taciti, 6. *Annalium* r. allegari potest: ubi, cum Tognius Gallus, Tiberium Imperatorem oraret, deligeret Senatores, ex quibus viginti, sorte ducti, salutis ipsius defendendæ causâ, ferro accingerentur, respondit ille: *Quam deinde speciem fore, sumentium in limine Curia, gladios.* Item illud, quod apud Liv. *lib. 8. c. 5.* legitur: Cum L. Annius Setinus, Latinorû Legatus, à Romanis petere aude- ret, ut alter Consul è Latio crearetur, Titium Manlium, Romanorum Cos. ad eò excanduisse, ut jurârit: Si tanta dementia Patres conscriptos cepisset, ut à Setino leges acciperent, gladio cinctû, venturum se, & quemcunque in Curia Latinum vidisset, suâ manu



interemturum. Et alia. Principes tamen, præsidere ferro cincti, soliti, occupato Imperio, nec firmatâ omninò, aut fidâ adhuc potentiâ, quemadmodum de Augusto, loricâ sub veste munito, ferroque accincto, jam supra dictum est. Quem sequutum dicit Clapmar. *de arcan. Rerump. lib. 3. cap. 14.* Cosmum Medicem, qui non, nisi armatus, & cum manu militari, in senatum venerit. Plane, in pacatis hodiè Rebuspubl. quia metus mutux oppressionis & violentiæ cessat, non ipsi Magistratus tantùm; sed & ministri honoratiores, item ii, qui non dignitatis; sed custodiæ causâ, præstò sunt, arma, in curiis gestant.

7. Quod ad subditos, ex Constitutione Friderici, ne militi quidem, (cujus tamen membra, arma esse censentur, uti supra dictum,) ad Palatium, i. e. forum judiciale, vel curiam, arg. 2. F. 46. An apud judicem, vel curiam Domini &c. arma ferre licet, 2. F. 27. §. ad Palatium. 6. de pac. tenend. & ejus violat. (Dd. utraque, & hæc, & superiori significatione, Palatii vocem accipiunt,) immò, ne Nobili quidem: Tiraq. *de Nobilit. cap. 20. n. 73.* Quâ ratione receptum, ut, in judicio Equestri Silesiaco, im Schlesischen Ritter-Recht vnd Ehrengericht / apud Volckmannum, (quod ceu Regale summum Lydiumque veræ Nobilitatis lapidem, Silesia sibi servat,) antequam quis admittatur, Ehe Er vor die Ritterbanck vortritt / gladium deponere cogatur: Georg. Wentzki, vom Schlesischen Ritter-Recht vnd Ehrengericht. pag. 37. Simile quid de Venetis, narrat Decian. d. cap. 3. n. 61. Quòd illi non permittant, ut ullus, etiamsi miles sit, aut quacunque præfulgeat dignitate, in Collegio, aut Aulâ, ubi Senatus congregatur, arma ferat; sed quod arma extra portam, sint deponenda. Quam relationem ἀπό τῆς Hubertus, sua narratione firmavit, supra ð. 5. Ita de Mediolanensium Constitutione, testatur Menoch. de A. I. Q. d. cas. 394. num. 38. Quòd eâ cautum sit, ne arma quis ferat coram Judice, eo die, quo ferenda, ab eo, est sententia. Ex quâ colligit, aliis temporibus, ea ferri posse, cum ubique fere usus admittat, ut ea ferantur. In Republica Argent. ita hac de re cautum, im Statt Recht: artic. 4. 9. sub tit. Wer gewaffnet vor den Rath kompt. Wer vor den Meister / vnd vor den Rath / da Sie sitzen vnd Richten / gewaffnet gehet / mit welcher Handgewehr das ist / (ohne mit einem schlechten Messer) vnd das kündlich ist / vnd damie ergriffen



DE HOMOPHORIA MODERANDA IN PRÆTORIIS. 159  
ergriffen wird: Der besserts/ vnd ist ein Jahr von der Statt/ ein Meil.  
Ist es aber nicht kündlich/ so soll er seine vnschuld thun zc. De impe-  
tuoso accursu, loquitur artic. 53. sub. tit. Wer mit Wassen/ vor  
Rath lieffe: hunc in modum: Welcher vnser Burger/ mit Spies-  
sen/ Hälbarten/ Lanzen/ Messeren/ Schwerdtern/ Pankern/ Vichel-  
hauben/ oder anderen Wassen/ vnd bereitschafft/ käme gangen / oder  
gelauffen/ für Meister vnd Rath/ da Sie richtend/ vnd da Sie zu Rath  
sitzend/ Er käme auß seinem Haus / oder Hoffe / oder wannenhero Er  
käme/ vnd das Gerichte irrete/ oder Rathsherren/ da sie zu Rath sitzend/  
oder ein Geschälte machet/ oder jemandts anlauffet/ in den Gassen/ mit  
den vorgeschriebenen Wassen/ oder bereitschafft/ der von Gerichte geht/  
oder von den Rathsherren / ist Er ein Schöffel/ der das thut / der soll  
sein Schöffel. Ampt verlohren haben/ vnd sein Burgrecht/ vnd soll 10.  
Jahr von der Statt sein/ ein Meil / vnd bessert 20. Pfund Pfennig.  
Ist Er aber nicht ein Schöffel/ der soll sein Burgrecht verlohren haben/  
vnd soll von der Statt sein/ 20. Jahr / ein Meil/ vnd bessert 40. Pf.  
Pfennig. Auß welches Haus Hoffe oder gewalt/ der vorgemeldet Zu-  
lauff geschehe/ will der Wirth schweren an die Heyligen/ daß er es nicht  
ent wüßte/ noch Können/ noch frummen wäre/ noch nicht ersehen; vnd  
hette Er es gewußt/ oder ersehen/ Er hette es gewehret/ so fern er möchte;  
So soll Er ledig sein/ will er aber nicht schwören / so soll Er die vorge-  
nannte Besserung thun/ vnd jehne/ so also gelauffen hand/ auß seinem  
Haus/ Hoffe oder gewalt/ der soll jeglicher die Besserung thun zc. Et  
nuper aded in Actis publicis sive diurnis legebamus, sub d. 26.  
Augusti hujus anni 1651. Lutetiâ perscriptum fuisse: Cum in gra-  
vi quadam causâ discutienda, Parlamentum occuparetur, talem,  
tantamque populi fuisse excitatam vociferationem, ut Senatus  
conferre vota haut posset; itaque è vestigio publicatum Decre-  
tum fuisse: Daß hinführo die Pforten des Pallasts/ solten verwacht  
vnd niemand/ mit einem Gewehr oder Degen / eingelassen werden zc.  
Exteriorum certè, alia causa esse videtur, ad quorum dignitatem,  
respectus est habendus, An eo honore, ut, coram Magistratu loci  
gladio accincti, compareant, afficiendi sint; vel non. v. Marselaer lib.  
2. legati dissert. 12. Quod trahendum est, quod Legati Decebalis,  
Dacorum Regis, victi à Trajano, cum in Senatū intromitterentur,  
deponere arma iussi sunt. apud Dion. Cassium lib. 68. Plura, de ritu  
ponen-



160 DE LEGITIMO ARMORUM USU CAP. I.  
ponendi, apud Magistratum, ferri: vid. ap. Lips. in *Elect. cap. de Licen-*  
*ribus. collata d. s. hujusce cap.*

De adme-  
natione.

8. Gravius certè plectendus est, qui in his locis, ferrum  
stringit. v. P. Jovius *lib. 25. histor. sui temporis, pag. m. 89.* ubi refert:  
Alamannum præcipitis audaciæ juvenem, capite plexum esse, quod  
in Leonhardum Ginorium, honestum civem, modestiam ab ipso  
requerentem, in ipso Curia limine, ferrum distinxisset; quo in lo-  
co, lege latâ, nefas etiam arma, adversus quenquam, nudare, aut  
tumultuari. Idque factum, cum summi Magistratus Majestatem  
laxasse censeretur, nec ille amens, & exitiali superbiâ tumens, curiæ  
areâ excedere vellet, Decuriones ad congruam severitatem perpu-  
lisse: Apud quos Balthasar Carduccius, (qui Patavii, Jus Civile  
profitendo claruerat,) vulgò Scimatarra dictus, (quæ vox incur-  
vi, atque terribilis barbarici gladii genus significat,) ex civilis ju-  
ris lenitate, tutari reum, frustra fuerit conatus: Cum Alamannus,  
in superiore Curia tabulato, capitali supplicio denique affectus  
sit. conf. Dn. Carpzov. *part. 1. quest. crimin. 40. n. 30.* ubi de pœna  
percutientis aliquem in loco publico, an gestentem Orte. Besold.  
*thes. pr. verb. Burgfriede. vers. interdum.* cum Chassanæo refert, mul-  
ta Palatia Principum tali securitate esse munita, ut offendentes  
aliquem in illis capitaliter puniantur. Pluribus in locis pœna  
amputationis manus, tabella amputationem præfigurante, solet  
indici. D. Carpzov. *d. loc.* Referri eodem potest, ex Edicto, 9. Febr.  
1650. in hac urbe publicato §. *Wosern aber jekt specificirte frevel/  
einer oder mehr/auff vnserer Pfaltz ic.* Quod Edictum infra suo loco  
integrum representabitur.

Expositio  
l. 10. vers.  
item qui  
cum telo.  
Ad L. Iul. de  
vi publ.

9. In aliis etiam (3.) *Conventibus & Comitibus publicis* armorum  
gestatio est interdicta v. omninò *Tiraquell. de Nobilitat. cap. 20.*  
Quin imò L. Juliâ, *de Vi publ.* tenentur, qui cum telo, in concione,  
vel ubi publicum judicium exercetur, fuerit dolo malo. *l. qui dolo  
malo. 10. pr. D. ad L. Iul. de vi publ. Paul. 5. sentent. 26. §. 3. Menoch. d.  
cas. 394. n. 35. & seqq.* Cur autem hîc requiratur dolus malus, cum  
in *l. in eadem. 3. §. in ead. leg. 1. ff. eod.* simpliciter legis Juliæ reus fiat,  
qui cum telo, in publico fuerit? Non una occurrit ratio; quibus  
tamen animus, non omninò acquiescat. Si enim dixeris dolum  
malum etiam in *l. 3. §. 1. d. t.* subaudiendam esse: Vlpianum in *l. 10.*  
otiosè



DE MODERANDA GESTATIONE IN COMITIIS. 161  
 otiosè eam clausulam adjecisse, simul constitues. An E. plus est, in  
 publico armatum apparere; Minus in concione: ut hic dolus,  
 non item ibi, præcisè exigatur. An v. publicum ibi, *ind. l. 3. §. 1.* con-  
 cursum populi notat: Hic pacatam coitionem & concionem? v.  
*de aphoplismo. c. 3. §. 7. pag. 63.* An Historia clariorem lucem, huius  
 obscuritati inferre potest? Romani enim primitus, in Comitibus  
 Centuriatis, cuncti armati, sub suis quisque signis & centuriis,  
 convenerunt; posterioribus autem temporibus, non omnes cives,  
 in Campum Martium, confluxerunt, sed præsidii causâ, ut ait  
 Gell. *lib. 25. c. 27.* paucorum hominum exercitus, fuit imperatus,  
 atque in Janiculum, custodiæ causâ, introductus, erecto vexillo,  
 donec peracta essent Comitia. Rosin. *6. antiquit. 14.* vid. omninò  
 Valer. Max. *lib. 6. cap. 5. ex. 4.* ubi exemplum Charondæ. Si quis  
 ergò horum, per incogitantiam aut ignorantiam, ad Comitia  
 dilapsus esset, forsan hoc capite excusatus erat, quòd, eâ die,  
 Civibus quibusdam liceret esse armatis. Quanquam & hoc fa-  
 tear, non quasque conciones, Comitia, in specie dicta fuisse; Co-  
 mitiis enim dies indicebatur, ad ferendam, de aliqua re, per suf-  
 fragia sententiam. Rosin. *d. l. lib. 6. cap. 1.* vide, quæ de Comitibus,  
 congestit Hilliger. *6. Donell. enucleat. 6. lit. B.* & prolixius Arumæus.  
 Conciones autem sæpè, cum populus aliàs, ludorum aut census  
 gratiâ, convenisset, habebantur, quòd tum Livius *lib. 4. cap. 35.* ibi:  
 post ludos, seditiosæ conciones Tribunorum fuerunt &c. Tum  
 Cicero, innuit *in. 2. Verrin.* ubi scribit: Non Committam, ut tum  
 res judicetur, cum hæc frequentia totius Italiæ Româ discesserit,  
 quæ convenit uno tempore, undique, Comitiorum, ludorum, cen-  
 sendique causâ. Ex quibus & alia conjectura nobis nascitur, re-  
 spicientibus ad exceptionem *d. l. 10. ibi: Exceptus est, qui propter Ve-*  
*nationem habet homines, qui cum bestiis pugnent. D. ad L. lul. de vi publ.*  
 Quasi is non puniatur, qui post ludos, in concione, cum telo, aut  
 hominibus, quos depugnandi cum bestiis gratiâ habuerit, reman-  
 ferit. Sed hæc Philologis, vel ipsi etiam *συζητήσει*, relinquo: Quæ  
 vellem, ne à plerisque, sine animadversione, essent prætermissa.  
 v. A. Mathai ad *lib. 48. D. tit. 4. cap. 1. n. 3.* alia dubia moventem. De qui-  
 bus in Racemationibus D. d. plenius sumus acturi.

10. Utiq; Charondæ (Thyriorum) Lex illa, sine limitatione,  
 X perloci-



pta fuit: Ne quis, cum ferro, in concionem prodiret: quam cum ipse violasset, ferro districto incubuit & occubuit, teste Valer. Max. d. exempl. 4. Quanquam alii hoc factum sive fatum, Zeleuco Loerensium, Alii Diocli Siracusiorum legumlatori adscribant. v. Tiraquell. de Nobilitate. c. 20. n. 74. Ita, cum in electione Sigismundi, moderni Poloniæ Regis, Zamoiscius & alii, renovato ultionum per interregni commoditatem, sensu, ut ab injuria tuti essent, comitatu velut militari, ad Comitiam venissent, aliquot dies, non sine magna animorum contentione, & verborum asperitate, cum Lituanorum Legatis, sunt traducti, dicentibus illis: se non ad bellum; sed ad legitima, novo Regi creando, Comitiam, profectos: ac proinde in Senatum Polonum, nisi prius arma deponerentur, venire recusantibus, Thuan. lib. 88. histor. ¶ Verumtamen, ubi metus est, ne dum cives congregati sunt, aliquid subito moveatur; tum quoque Comitiam, & Conventus armati, solent indici, quales ferè fuerunt veteribus Gallis, qui armati, in concilium venire, Liv. lib. 21. cap. 20. & antiquis Germanis, qui armati, considerare, & si consilium propositum placeret, frameas cōcutere, sunt soliti: quod honoratissimum assensus genus erat. Tacit. de moribus German. c. 11. Sed hoc posteritati Christianæ meritò displicuit. v. Constit. Imperatoris Pipini lib. 2. leg. Longobard. tit. 46. de armis, infra (pro intra) patriam non portandis, vel ad placitum. leg. 1. Imp. Pipin. Vt nullus ad mallum, (h. e. Conventum generalem, weil alle zumahl zusammen kommen. Voss. lib. 2. de vitis serm. cap. 12. p. 24. vel majus iudicium. Lindenbrog. in Indice ad leges antiquas. Hinc mallare & admallare. pro in jus vocare. v. Voss. d. loc. & d. lib. 2. c. 24.) Adhib. d. de aphorismis. cap. 3. §. 3. p. 63. Quam legum Romanarum & Longobard. prohibitionem notare jubet Tiraquellus d. c. 20. n. 75. nobiles, qui in Senatum audeant ingredi ensibus cincti, putentque dedecori id sibi futurum, si enses relinquunt, ignorantes quid decus, quidve dedecus sit. Quod non aliunde procedere ait, quam quod nobiles nostri (cave hoc de omnibus intellexeris) & legum & omnium bonarum artium sint ignari, atque etiam honestarum historiarum; Ex quibus hæc saltem addiscere poterant. Hactenus Tiraquellus. Quæ opprobria ad eos nequaquam pertinent, qui jure magis



DE MODERANDA *Ἐπιφορέα* IN CONVIVIIS 163  
magistratus, pro more regionis, senatui armati assident: & inter  
ornamenta, cinguli jure utuntur. v. *supr. b. 6. in f.*

II. In Conviviis itidem (4.) arma deponi solent, ne aliquan- *Convivii.*  
do calefactis per vinum cerebris, visa inter temulentos arma, cu-  
pidinem sui moveant. Tacit. 1. *Histor. 80.* Quamobrem Telema-  
chus, submovenda à procis arma esse, ratus, causam addit:

Μή πως δινωθέντες, εἴην σήσωπτες ἐν ὑμῶν

Ἀλλήλοις τρώσπητε.

Ne quando temulenti iurgia deinde seratis

Mutua ledentes.

Et causam causæ *αὐτὸς γὰρ ἐφέλκεται ἀνδρᾶ σίδηρῳ:*

Namque viros ferrum trahit ipsum.

Homer. *Odyss. 6.* Lips. in not. ad d. l. Tacit. not. 150. Quod non ob-  
servârunt Majores nostri, qui tum ad negotia; nec minùs sæpè ad  
convivia, procedebant armati. Tacit. *de morib. German. cap. 22.* iis-  
que convivantibus, famulos adstitisse, vel assedisse, cum scuto,  
lanceâ, & justis armis, vult Athenæus *lib. 4.* vid. Lips. not. ad modò  
*d. c. 22. Taciti. n. 43.* fortè, quòd minus tuti à vicino hoste essent, &  
ne quaimparati opprimerentur, metuerent. Idem Persis & Parthis  
tribuit Ammian. Marcell. *lib. 23. c. 30.* referens, omnes eos promi-  
scuè, vel inter epulas, festosque dies, gladiis cinctos: Eundem  
Græcorum veterum morem, primos abjecisse Athenienses, Thu-  
cydides *lib. 1.* autor est. Meurs. p. 2. *Exerc. crit. c. 9.*

12. Denique, in ipsis quoque Castris, aliquando armorum *Castris.*  
usus, ex causa, interdictus legitur: Sic enim Otto Frisingensis  
*lib. 2. de reb. gestis Frider. 1. cap. 15.* Cum crebræ in exercitu ortæ fue-  
rant seditiones, legem dedit, Ne quis infra castrorum ambitum,  
gladium, ad quodlibet commilitonis nocumentum, portare au-  
deret: adjiciens pœnam, ut quicumque, hanc treugam violando,  
quempiam de sociis vulneraret, manu mutilaretur, vel etiam ca-  
pite obtruncaretur. Hac tam necessariâ, quàm sapienti lege da-  
tâ, de cætero juvenilium irrationabilem impetum animorum  
conquiescisse, commemorat. Similem disciplinam, in castris  
Turcicis, jam supra *de Exarmatione cap. 3. §. ult. pag. 65.* observavi-  
mus. Add. Carol. à Mansfeld. *Magister. milit. tract. 2. part. 1. cap. un.*



164 DE LEGITIMO ARMORUM USU CAP. I.  
Bodin. lib. 4. de Republ. c. ult. p. 487. vers. At Turcarum legibus, etiam mi-  
litie, exarmatum esse oportet. conf. Curt. 4. 13. 21.

13. Dicendum etiam fuerat de tempore: Nam aliqua  
arma interdum licita, de nocte portare, vetitum esse, refert Tuscus:  
lit. D. conclusi. 243. n. 8. Qua de re, peculiariter in hac Republica  
cautum fuisse, perspeximus auß der Becker Zunftbuch. pag. 47. ibi:  
Unsere Herren Meister vnd Râth. sub tit. Messer vnd lange Wehr.  
Integra sanctio formaliter sic habet: Unsere Herrn Meister vnd  
Râth/ vnd die XXI. haben Erkannet/ geordnet vnd gesâht: Das nie-  
mand/ wer der sene/ frembd oder heimisch/ hoch oder nieder/ kein unge-  
wöhnlich Gewehre/ bey ihme haben oder tragen soll/ in dieser Statt/  
noch in den Vorstâten/ weder bey Tage noch bey Nacht: als Aepflein/  
Wurffbehel/ Kolben/ Werffkugel/ oder anders/ wie das genant wer-  
den möchte: Dann welcher das darüber trüge/ oder bey ihm funden:  
würde/ dem soll man das nehmen/ vnd soll Jhren jeglicher darzu/ der  
Statt. besserer x.ß. dieman auch niemand fahren lassen soll: Es wâ-  
re dann/ daß einer strackes Fußes/ durch die Statt gehen/ fahren oder  
reiten wolte.

Es sollen auch Handwercks Knechte/ vnd andere/ die nicht  
Bürger seind/ frembde oder heimische/ Nachts/ mit keinen Schwer-  
tern/ Degen/ langen Messern/ oder andern Gewehren/ auff der Gas-  
sen/ gehen: Dann/ welcher Nachts/ von den Scharwächtern/ Am-  
meistersknechten/ oder Thurnhütern/ nach der Glocken/ so man nen-  
net die Zubenfloek/ also mit Gewehr/ ohn ein brennend Liecht/ auff  
den Gassen/ in Wirthshäusern oder Bierhäusern/ funden wird/ dem  
soll man sein Gewehre nehmen/ vnd nicht wieder geben: Er gebe dann  
dem Knechten zuvor 2. ß. Pfening/ der man auch niemand fahren  
lassen soll. Porro, de modo arma, non tam gestandi, quàm usurpan-  
di, ad salutis tutelam, deinceps tractandum erit.

## C A P. II

*De modo armis in conflictu aut collisione incul-  
patè utendi.*

II. **M**odus armis inculpatè utendi, seu *Vsus inculpatus* Consistens in  
gestatione qua ad nullius lesionem aut offensionem progrediatur:  
cùm



edem alijs l. 1. 2. II. §. 1. Ad L. Iul. de vi publ. l. 3. de iust. & iure. l. 2. & seqq. C. Ad L. Corn. de Sicar. tum quoque in § si quis rusticus. 5. lib. 2. Feud. tit. 27. non solum innuitur, sed etiam in *de iur. & ap. declaratur*: Ita nimirum arma gestanda esse, ne quenquam iis offendamus, ne distinguendo quidem, v. Novell. 142. *præfat. terrendo*, aut metum incutiendo, quod Dd. admenare si adminari vocant, apud Farinac. *quæst. 107. n. 165. & seqq. dicitur; hæc de re, in disp. peculiari.*

2. *Vsus ergo armorum ortus s. ultimus consistit in vi nobis illata propulsanda, sive in iusta defensione: quæ quidem præcepto Salvatoris nostri, (de non resistendo; Matth. 5, 39) nequaquam destruitur: siquidem, ut alijs Dei legibus, generaliter prolatis: Ita etiam isti, tacita subest exceptio: summa justæve necessitatis. H. Grot. lib. 1. de iure belli & pacis: cap. 4. §. 7. v. Dn. Balduin. lib. 4. cas. cons. cap. 11. casu. 13. p. 888. D. Dannhaverum Colleg. decalog. disput. XI. §. 17. ibi: Christus gladium permittit, non in offensionem; sed in defensionem. Luca. 22. 36. 38. De Defensione ista, cum post veteres complures, methodicè egerint Wesenbec. in parat. Et latius in Comm. C. Quando liceat unicuique. Obrecht. Kremberg, & alii, his citati; Nos tritam alijs viam non ingrediemur; sed ad rem nonnulla, ante multos annos designata, breviter repetemus. Nimirum, omnis*

*Defensio Seria: (neque enim de lanistica & pugillatoria nobis nunc agere constitutum est vid. post Gumpelzheimerum Bocer. Limnaum lib. 3. de iure publ. lib. 8. cap. 6. num. 89. & seqq. P. Voet. de duellu cap. 5. sub tit.*

*Quid dicendum de armorum exercitio: Gladiatoria vero penitus damnatur si scil. cruenta præbeat spectacula. l. un. C. de gladiatoribus penitus tollendis. XII. 43. iterum Limn. 6. §. 130.) supponit offensionem: Offensio autem hæc non quælibet intelligitur; sed Violenta & injuriosa. l. 3. de iust. & iur. Vis infertur, non verbis; sed re ipsa. Verba enim, aut sunt provocatoria; aut injuriosa; aut minitantiæ. Quantum (1.) ad provocationem, (de cuius formalibus v. Aegid. Boss. de Homicidio n. 56. & seq.) jam pridem explosa est sententia existimantium, provocatum, sine famæ læsione, tergiversari non posse: cum contra bonos mores sint, huiusmodi provocationes; occasionemque tumultus præstent; qualia, ne facere quidem nos posse, putandum est. l. filius. 15. D. de condit. institut. quæ autem factu impossibilia sunt; quomodo non facta infamiam importarent? quo-*

De Gymnastica.

Nec sufficiunt verba (1.) provocantia.





modo is, qui cōtra praecepta legum, armis experiri, *l. si cuius rei. 13. §. sed si inter duos. 3. D. de usufr. l. si quis. 91. ff. de furt. l. nullus. 14. C. de ludaeis. detrectat, puniri mereatur? Ignominiae causae, expressae sunt plures, tam Civili, quam Canonico, jure; nullibi reperitur haec ista. Nec consuetudo irrationabilis, juri & rationi debet praeferi, *l. consuetudinis. 2. C. que sit long. consuet. nec hodie cessant poenae, tam provocanti, quam provocato, praestitutae. v. Coll. Iur. Arg. Ad l. Corn. de sicar. 8. 12. n. 26. Collat. cap. 6. 8. 18.* Peccat ergo, qui provocationem praeter legem audit: Non qui hanc observat, illam contempta. Nec cordati; sed temerarii potius, habentur monomachi: fortis enim dicitur, qui, circa maxima pericula, intrepidus versatur: *Arist. 3. Ethicor. 10. juxtaq; Magistratum & Deum metuit; ibid. cap. 9. & 10. conf. Novell. 69. pr. ubi ea tantum fortitudo laudatur, quae cum iusticia & honestate coniuncta est.* At neminem in periculum conjicit, neque infamiam recordiae inurit, verbalis citatio: Contraria vero usurpatio, aut opinatio; utcunque altas, in mortalium animis, immortalitatem serio vix respicientibus, egerit radices, (pro pusillanimitate habentium, qui temerariis ejusmodi provocationibus, stratum paratumq; enses, illic non opposuerit) contra sanam rationem & verbum Dei ab homine cordato & sano nequaquam attendi aut aestimari debet: utcunque seposita verbi divini & rectae rationis luce, famae fumis occaecati homines, inter religiosas leges hanc colant: provocationem à Viro in primis nobili detrectari non posse. *v. D. Franzkium. 2. resolut. 23. num. 25.* Qua de causa Non neminem, in magno Nobilium conventu, gratias Deo egisse, accepimus, quod Deus ipsum nasci voluisset, (1.) Christianum, (2.) Germanum, (3.) Ignobilem: Mirantibus autem aliis & ridentibus, rem ita exposuisse, ut pii Nobiles, declarationi facile assentirentur. Siquidem talibus Diabolo hypothesebus concessis, vix consultum Christiano homini tutumque sit, decus Nobilitatis, cum periculo scilicet animae, ambire. Ne, itaque plus sit in opinione; quam in veritate; Concludo ob duellum non armorum usum indultum, nec recte quem armis concessis uti, qui sese in duella intromittat.*

De Monomachia probatoria.

3. Ne quis hic mihi Textus juris Feudistici opponat, quibus duella sustineri videntur. *2. Feud. 27. pr. vers. si quis. ibi: nisi per duellum*



duellum hoc probari possit: *vers. si quis alium. ibi. nisi quod in duello. §. 3. vers. si miles adversus militem, pro aliqua capitali causa, duellum committere voluerit. & pass. ibid.* Siquidem barbarum istud jus, ex consuetudine Longobardorum profluxit, & sensim radices egit, in barbaris hominum animis, qui juris Romani regulam, una cum verbo Dei negligebant, eoq; in tam immanem errorem prolabebantur, ut, certis casibus & requisitis suppositis, hanc inter legitimæ probationis genera admitterent: *Paulus Voet de duellis c. 4. pag. 43. & seq. ubi impium hunc morem, ex eadem causa, etiam ad Danos, Hungaros, Rutenos, Moscovitas, Anglos, aliosque populos dimanasse, ostendit. conf. Hungaria Regis Matthie decret. 6. artic. 18. Anno 1486. pag. 150.* At, quia posterioribus temporibus, animadversum est; hanc probandi rationem, juri divino & Romano adversari: Meritò tota illa immanis & barbara consuetudo, ex usu judiciorum profligata & ad legitimas juris Romani probationes, reditum est. *v. Antonium disput. feudal. 16. §. 6. B. Christoph. Crus. lection. feud. cap. 9. pag. 76. preced. Dn. Franzk. d. resolut. 23. elegantissimè Dn. Bernegg. ad cap. 10. Taciti de moribus German. v. 7. quæst. 51. Adhib. Iuris Hungar. tripart. tom. 2. & inibi. decret. 1. Vladislai Anno 1492. art. 37. sub tit. Duellorum (judicialiorum) abolitio.* Quemadmodum & probationes, per divinum iudicium, moribus Longobardorum & Majorum nostrorum, approbatæ: *d. tit. 27. lib. 2. Feudor. §. 3. vers. si miles. ibi: An divino, an humano iudicio, innocentiam suam ostendat. i. e. ferri candentis, vel aque frigida. maximis & justissimis de causis, damnatæ sunt, Inprimis, postquam B. Lutheri operâ, Evangelii lux tenebris majorum illata, simulque bonarum artium, & Romani juris splendor, divino munere, orbi Germanico, jam dudum cæcutienti, restitutus est. v. Gödelm. lib. 3. de Magia. c. 4. & 5. Andr. Libav. p. 2. singular. pag. 198. Hottom. disp. feud. ult. Bocer. de bello & duello. lib. 2. cap. 1.* Ut meritò pude fieri debeant, qui in libellis suis de origine juris Germanici, Majorum nostrorum barbariem, hujus seculi felicitati, anteponunt; nimirum, quia Romani juris rectitudo, arbitrariæ illorum jurisprudentiæ officit, & Evangelii Lux, portentosis syncretismi machinationibus, pleno, per Dei gratiam, jubare resistit. *Conf. sed cum. iudicio, Besoldum lib. 2. polit. cap. 2. n. 28. vers. 5. fin. ibi: Cum juris ratio Majoribus nostris ignota esset, ad talia remedia illis confugiendum fuit.* (Nolim

entia

Defensio  
juris Casar  
rei contra  
Viceliani-  
stas.



enim cum illo dicere: Deum supplevisse) Et in simili *Limnaum lib. S. de jur. public. cap. 1. n. 83. & seq. August. Fischer. de duello proviso pag. 35. lit. R.* Ubi, inter causas, cur Germani ejusmodi absurda probationum genera receperint, principale agnoscit, Legum defectum. iterum *Besold. thes. pract. verbo Burgfriedt. Marculph. in formul. & Auctor. formul. veterum. form. 7. D. Carpz. 1. q. 9. cr. 34. nu. 4. & seqq.* Ut adeo merito exclamaveris: Væ illis, per quos tot Scopelismi incautæ juventuti ponuntur: *ὄρα γὰρ οὐκ ἔστιν ἄλλοις βασιλεὺς τῶν κείνων. ὁ πρὸς αὐτῶν.* Nec honestius ad Hebræorum aut Græcorum Legislationem nos rejiciunt. Nam ut taceamus ex sapientissimarum quarumque gentium, adeoque etiam Hebræarum, *vid. P. Licin. Rufin. Francisc. Raguel. Conrad. Heresbach. Abraham. Saur. Itemque. Gerhardum. Aldstedium. Lelium Mancinum collat. juris Civil. & Mosaic. & Græcarum §. Et non ineleganter. 10. Instit. de I. N. G. & Civili. coll. Petiti & Heraldii commentarii ad Ius Atticum. præceptis jus Cæsareum collectum esse, §. ult. l. de just. & jur.* Utique cum cæterarum gentium, Longobardorum, Saxonum, Anglorum, Danorum, Hungarorum &c. Statutis, jus nostrum compositum, perfectioris syntagmatis palmam, haut dubiè reportabit. *arg. §. 3. ibi: Nos in plenum omnia reducentes. l. de legit. agnat. success.* Cur itaque imperfectissimum perfectiori anteponamus. *contr. §. 7. ibi: imperfecto jure corrigentes. l. d. t. l. 4. §. 9. C. de bon. libert. §. 2. ibi: à Nobis nihil incuriosum prætermisum est. l. de bon. poss. cum simil.* Sed hæc obiter: suo loco plenior defensio ad futura est.

De monomachia augurali.

4. Non ignoramus etiam, quæ de duellis, flagrante bello, jussu superiorum, indictis, soleant disputari: cujusmodi exempla, ex antiquitate, sacra & profana afferuntur à Julio Ferretto, *in tr. de duello. num. 8. & seqq. Voëto, de duellis. cap. XI.* Ac de Magnanimo Cæsare Carolo V. refert P. Jovius *lib. 35. histor. sui temporis. p. 857.* Eum Romæ, ann. circ. 1534. in præsentia Pontificis, Cardinalium & Legatorum plerorumq; Christiani orbis Principum, sic disseruisse: Se invitum in bellum, contra Gallum movendum, trahi, in quo multæ gentes, nihil mali meritæ & insontes, ipsorum Principum iracundiâ atq; obstinatione, cladem essent subitura, propterea pietate Christianâ tanto sibi satius videri, & Reipubl. quidem utilius, ut ipse & Franciscus, ad singulare certamen, descenderent, enseque & pugione dimicantes, controversiam finirent.

Simi-



Similes ad Monomachiam provocaciones, intercesserunt Anno 1527. v. Sleidan. lib. 6. p. 137. Autor. der Franköf. Reichshändel apud Goldast. lib. 2. polit. N. Händel. p. 2. disc. 3. Seducti fortè fuerunt dimicatores isti, exemplis Abneris & Joabi, paciscentium: *Dasß sich die Knaben auffmachen vnd vor sie Spiehlen sollen: 2. Samuel. 2. vers. 14. & seqq.* Quale certamen etiam Goliath populo Israelitico obtulit, lib. 1. cap. 17. vers. 8. & apud Germanos veteres, solenne fuisse, docet Tacit. de morib. German. c. 10. f. hoc modo eventum aut exitum belli hariolari ac divinare. vidend. P. Faber in suo Agonistico. Lipsius in Saturnalib. P. Voet. d. tr. de duellis cap. XI. ubi dist. inter duella ab hostibus oblata, voluptatis causa; eaque reprobat: Et honestatis gratia; siue ad conservandam bonam in exercitu hostili famam. *Quæ duella omninò admittit & suadet: siquidem fama bona fortitudinis plus sepe hosti incutiat timoris, quam res ipsa aut ratio. pag. 79.* Sed eventus docuit, Deum hujusmodi cruenta spectacula omninò abominari, inquit D. Brentius ad d. cap. 2. n. 14. Non enim sic ludendum est sanguine hominum, non sic fortitudo virilis, Donum Dei, prostituenda est temerè, inquit Christophorus Froschoverus, *ad eundem locum.* Neque exemplum Davidis, cum Goliatho confligentis, pro antithesi, rectè inducitur; quanquã id Augustum Vischerum, potissimùm movisse videtur, ut statueret, quibusdam, (iisq; satis multis) casibus & duellum illud Longobardicum, judiciale, & monomachiam simplicem defendi posse. Nempe, si illud fiat, inter personas illustres, Nobiles & militares, in causa obscura & capitali, jure belli, autoritate Principis, ad majus aliquod malum avertendum. pag. 47. Monomachiam autem, Idem Vischerus generaliter admittere videtur, quæ, virtutis & honoris & gloriæ causâ, committatur. pag. 431. Contra tot alia scripturæ præcepta, *Et beatoria.* Levit. 19. vers. 18. Esaia 58. vers. 4. Matth. 5. v. 39. Roman. 12. vers. 18. & 19. 1. Corinth. 13. v. 5. Ephes. 3. v. 17. Roman. 3. v. 8. conf. Reusn. lib. 3. strategem. cap. 6. Henning. Arnif. lib. 2. Polit. cap. 5. Etenim, ut causas altiores & mysticas hîc mittam, quas videre licet apud Augustinum Dominic. 1. post Trinit. serm. 2. quem sequitur Dn. Brentius in comment. ad d. cap. 17. lib. 1. Samuel. pag. 630. Certum est, multa singularia, in illo negotio, s. dimicatione Davidis cum Goliatho, intervenisse, quæ idè non omnem monomachiam & dimicationem bellicam, à

Y

crimine



crimine absolvant: Nam, ut facundè Magnus noster Brentius *Homil. 60. pag. 617.* indicat: Erat David, divinâ ordinatione, per Samuelem, unctus & vocatus, ut esset Rex Israël: porrò, qui vocatur à Deo Rex, is etiam ab eodem vocatur, ut nullâ habitâ privati sui periculi ratione, Rempublicam curet, populum ab hostibus defendat, ac omnia faciat & patiat, quò honestatem & utilitatem populi tueatur. &c. Hujusmodi vocatione divinâ qui instructus fuerit, sanè tutò, cum quovis Goliatho, congregietur: Non æquè is, qui, à temerario fortè Duce, ludicri, ut sæpè, certaminis causâ mittitur. Itaque malle sic definire: *Ne bellicam quidem monomachiam, regulariter, licitam esse, v. cum Machiavello Belsold. lib. 2. Polit. c. 7 §. 39. exeg. ibi: Duelli alea committere belli eventum, ridiculum ferè, non solum periculi plenum. utcunque alii, inverso more, definiant. v. D. Meisner. lib. 4. de legib. politicis, sect. 1. q. 21. pag. 383. ibi: Monomachia bellica, non est toto genere illicita. Dn. Bernegg. d. quest. 51. Neque enim, ex actibus & exemplis planè singularibus, exceptivis, & ut sic dicam, Heroicis, sunt conficiendæ regulæ: sed vice versâ, regula in contrarium constituenda, quæ per hos casus exceptos, fortiùs in cæteris confirmetur. v. omninò D. Balduin. lib. 4. de casib. consc. cap. 1. casu 12. pag. 884. ibi: singularia vel heroica facta sanctorum non sunt trahenda in exemplum. David non sine instinctu Spiritus S. profiliit; inermis juvenis & opilio: sed futurus populi sui Salvator, quem in libertatem adferturus erat, & in hoc ipso typus salvatoris futurus. Quæ omnia alius quispiam non sine temeritate imitaturus fuisset. D. Dannhaverum Colleg. decalog. disput. XI. §. 16. sibi: Davidis factum inter àpūnta & heroica referendum. Cothmannum. 5. respons. 2. n. 112. & seq. qui reliquis etiam argumentis satis appositè respondet. E quibus etiam D. Voeti oppositionibus sine difficultate occurri poterit. Nempe si monomachiam formaliter & absolutè intelligat inducatque. (Nunquid enim promachus tuus, fortunam in potestate habet? Quid verò tùm fiet, ubi ille adverso fato succumbet? Annon hoc augurio Exercitum tuum perterrefacies? D. Meisner. lib. 4. de legib. q. 21. m. 315. An ex unius hominis, animo, robore, fortuna, totum exercitum æstimabis? An sic Deum tentare & sanguine humano ludere, eumve temerè jactare, fas erit. Imò nec prudentiæ congruit, in re tanti discriminis, in quo cardo belli ver-*

*tus.*



ritur, omnes fortunas uni alicui jactui subicere. D. Dannhavver. d. §. 16. f.) Si autem ad defensionis speciem per gradus deductam intelligat, faciliore ad sensu dimittemus (1.) virum fortem (2.) jussu Imperatoris sui instructum: qui (3.) in maledicum convicia retorqueat: (4.) re ipsa v. manus inferentem animosè propellat.

5. Hinc ergò (ut ad propositum redeamus) multò facilius colligitur, quid de privatis hominum quorumcunq; duellis, internecionis aut vulneris infligendi causa, vindictæ privatæ studio, susceptis sentiendum sit: Recte q; ad eò pii Magistratus subinde recrudescentem duellatorum libidinem, iteratis edictis refranant: Quare enim patiat, ad arma & rixas procedere prætor, quos potest suâ Jurisdictione compescere? *Lequisimum. 17. De Usufr. Charond. lib. 8. Cod. Henr. tit. 7. l. 4. pag. 231. B.* Quale Edictum Magistratus Arg. superiore Anno iteratò promulgavit, quod memoræ causâ, huic tractationi inserere libet: Tenor ejus sic habet:

Wir Wolff Dieterich Zorn/der Meister vnd der Rath dieser des Heil. Röm. Reichs Freyen Statt Straßburg/sampt vnseren Freunden den Ein vnd Zwanzigen/ Fügen hiemit männiglich zu wissen / daß Wir eine zeithero mit höchstem vnserem mißfallen erfahren vnd vernehmen müssen / welcher gestalt Gottsvergessene / rachgirige vnd blurdurstige Mannspersonen / auß all zu grosser hitz vnd frechheit / sich entweder durch vberflüssige Beteinung / oder andere ohnzulässige anreizungen dahin bewegen lassen/ daß sie/ den ihnen etwa zugestandenen schimpff zurechnen/ oder sonst ihr rachgieriges Muthlein zu erkühlen / einander bey vermeintlichem verlust der ehren/ auß. vnd vnder dem nichtigen vortwande Cavallierischen außtrags/ vor die Faust zu Kampff gefordert/ dadurch auch/wo nicht gar vmb Seel vnd Leib/ jedanno noch wenigst vmb Gesundheit vnd gerade Glieder offermahls gebracht haben; inmassen ein solches die leidige Erfahrung vnd vorgeloffene trawrige exempla, mit grossem ärgernuß aller Ehr: vnd Friedliebender gemühter/ nur all zuviel beschienen. Gleich wie nun durch solches ohn Christliches/ bestialisches vnd abschewliches beginnen/ zu vorderst die Göttliche Mayestät im Himmel/ als in deren mächten vnd gewalt des Menschen Leib vnd leben lediglich bestehet/ zum hefftigsten erzürnet/ versucht/ vnd verächtlich auff eine seitten gesehet/ dem Teuffel dagegen vber Leib vnd Seel gewalt eingeräumet/ Statt vnd Land mit blutschulden be-

Conf. Pott  
cey Ordn. tit.  
19. de Anno  
1609.



stecket/ Gottes Zorn vnd fluch darauß geladen/ der Weltlichen Obrigkeit in verrichtung ihres Ampts vorgegriffen/ vnd dem Politischen friedlichen wesen dergestalt zu wider gehandelt würdt / daß es auch gar die weisen Heyden/ ohnangesehen sie das Geschöpf mehr/ dann den Schöpffer geehret vnd geachtet/ nicht für ohnsträfflich angesehen vnd gehalten. Also können viel weniger Wir / als eine Christliche Obrigkeit/ dergleichen Gottlose/ viehische/ vnd höchstschädliche vornehmen/ rauffvnd schlaghandel nachgeben/ billichen vnd ohngestrafft hingehen lassen. Gebieten demnach nicht allein vnseren Bürgern/ Bürgerföhnen/ vnd Vnderthanen/ sondern auch den Studenten/ Schirmsverwanthen/ Handwercksgeßellen/ vnd in summa allen Inwohnern vnd Beyßassen / sie seyen was Stands/ oder Herkommens/ vnd ansehens/ sie jimmer wollen/ nicht weniger als hiebvor in Annis 1583. 1609. vnd 1628. geschehen / hiemit nachmahlen alles ernstts/ vnd wollen/ daß sie sich so wol des Auffforderns/ als Erscheinens/ vnd alles dessen/ was zu Beschädigung des andern erdacht werden vnd erreichen mag / in Statt vnd Lande / so weit sich vnser Gebiet vnd Obrigkeit erstrecket/ ganz vnd gar enthalten/ vnd ein ieder vmb seiner zu dem andern habender spruch vnd forderung willen/ ordentlicher/ vnd erlaubter / so güt/ so rechtlicher außtrags mittel gebrauchte/ derselben auch begnügen lasse / vnd erinnerlich bedencke/ daß das außbleiben vnd nicht erscheinen/ an wolhergebrachten Ehren/ guten Nahmen vnd leumuth im geringsten keinen Abbruch oder Schmälerung gebären könne.

Widrigen falls/ da dergleichen Auffforderen/ ohngeacht dieses vnser abermahligen Verbotts/ vnd wolmeinend widerholten Warnung/ nichts desto weniger vorgehen vnd geschehen würdt / solle der provocans, ob schon sein gegenheil ihme nicht erschienen/ vnserem Filco Zwenhundert Reichsthaler zur straff verfallen sein. Deswegen auch/ sobald es zur wissenschaftt gebracht/ von vnserem jedermwels Regierenden Ammeister mit arrest beschlagen/ vnd darinnen so lang enthalten werden/ biß gemeldte Straff erlegt/ vnd die sacht/ darüber die streittigkeit erhoben/ zwischen den Partheyen/ entweder güt/ oder rechtlich beygelegt vnd vertragen / oder dem geforderten vff sein begehren cautio de non offendendo geleistet sein wird.

Falls aber dergleichen duell/ ehe Wir desselben gewahr vnd innen werden/ vorgehen/ vnd einige Entleibung darauß entstehen würdt/ solle



solle zwar / wann der provocans geblieben / oder auß empfangener  
Verwundung gestorben / seinen Erben kein recht wider den Thäter ge-  
statter: dieser aber durch Uns / nichts desto weniger von Obrigkeitli-  
chen Amptis wegen / befundenen Umständen nach / am Leib oder  
Leben gestrafft: Der provocans, aber so er den geforderren erlegt / als  
ein vorsächlicher Todtschläger / vermög weyland Kayser Carls / des  
Fünfften / Peinlicher Halsgerichts. Ordnung / am leben / vnd da gleich  
kein Todtschlag oder Verwundung erfolget / dannoch beede theil / als  
verächtere Gottes vnd der Obrigkeit / je nach beschaffenheit der sachen /  
am Gelt / Leib oder leben gezüchtiget werden.

Gleichmäßiger Bestrafung sollen auch die anstifter / Beschieds-  
leit / Secunden, beyständler / zuseher / vnd die wissenschaft darumb ge-  
tragen / gehöriger orten aber nicht vermelder / von Uns gewärtig sein.  
Vnd damit solche Thätigkeiten desto mehr verhütet werden / vnd un-  
derbleiben mögen / ordnen vnd wollen Wir auch hieben / dz die Studen-  
ten / Jungen vnd Lackeyen / des Degentragens sich hinfüro gänzlich  
müssigen vnd enthalten: Dann welche damit / nach publication  
dieses Mandats / betretten würden / denen sollen ihre Gewehr / so wol  
bey Tag als Nacht / durch vnserer hierzu insonderheit bestelte diener ab-  
gegürtet / vnserem jederweilen Regierenden Ammeister zuhanden ge-  
lüffert / vnd die fernere gebühr gegen Herren vnd Dienern vorgenom-  
men werden. Darnach sich männiglich zurichten / vnd vor schaden /  
schimpff / vnd gefahr zuhüten wissen würdt. Decretum Sambstags  
den 9. Februarii, im Jahr 1650.

6. Notari autem potest ex Edicto hoc: Etiam provocato, Obiter, de  
provocantem interficienti, pœnam capitalem aliquando impen- poena occi-  
dere. Quæ sententia media est, inter alias, veluti extremas, seu foris provo-  
ad extrema excessus vel defectus declinantes. Nam Saxonici ju- cati.  
ris interpretes docent, provocatum nunquam pœna capitali affi-  
ciendum esse; sed tantum fustigatione, si absque verborum con-  
tumelia provocatus sit: Mitiore etiam, vel nulla, si verbis contu-  
meliosis fuerit lacessitus. v. D. Carpzov. 1. quest. cr. 29. n. 88. itemque.  
4. constit. 10. de fin. 1. & 2. Alii autem indistinctè, provocanti & pro-  
vocato mortis pœnam dicunt: Inprimis Consultores Edicto-  
rum Galliar: uti videre licet apud Noviss. Edict. compilatorem  
Petrum Neronem lib. 1. pag. 640. sub tit. Edict. du Roy, sur la prohibi-



*tion & punition des Duels. de l'Ann. 1643. ubi pag. 648. §. 18. f. indistinctè constituitur: Que le survivant qui aura tué, sera irremissiblement puny, de mort. Eo etiam addito: quod criminis hujus accusationi, ne quidem vicennio præscribi debeat, v. Brodeum ad Arrest. Loüeti lit. C. art. 47. p. 135. Verum ut priorem sententiam ceu leniorem notat D. Franzkius 2. resolut. 23. n. 52. cum non minus provocatus, quam provocans omni jure à duellis abstinere jubeatur: & ut Ludovicus XII in illo Edicto pag. 642. loquitur: Ils veulent aussi, en violant toutes les loix divines & humaines se faire justice, a eux mesmes, & se rendre independans en la chose du monde, ou ils sont les plus obligez de se soumettre. Ita posterior ista nimis quoque dura videbitur, si nulla distinctio adhibeatur, utrum provocatus deliberatò ad pugnam processerit: An verò spacium deliberandi non habuerit, sed verbis atrocibus irritatus, animum ad saniora consilia reflectendi spacium per adversarii importunitatem non obtinuerit. Ut adeò prudenter in Edicto nostro, dictatio pœnæ capitalis respectu provocati, ad circumstantias gravâtes restringatur. arg. l. quicquid calore. 48. de Reg. juris. l. sed et si. 5. Ad Leg. Aquil. v. Bouric. Captiv. centur. 2. c. 2. & 3. ut in Racem. Crimin. ad L. Corn. de Sicar. plenius sumus demonstraturi.*

7. In præsentia hæc de Duellis, pro instituti modulo sufficient. Porro, extra speciem duelli aut provocationis solennis, ad defensionis jus redeundo: Neque (2.) verba injuriosa, artificium verba injuriosa, mis rectè repelluntur. v. Carpzov. part. 1. q. 28. n. 4. per 6. significasti. 18. §. ult. de Homicid. clement. si furiosus. eod. Damhouder. in pract. crimin. cap. 76. n. 14. ibi: si me quispiam invadat inermis. Nam nec ea vis talis est, quæ supremam alicui adferat necessitatem, uti probat Obrecht. tr. de necessar. defens. cap. 2. sed vel in judicio, actione injuriarum, vindicati potest; l. quæ omnia. 25. D. de procurat. vel extra judicium, recriminando repelli. Idem Obrecht. d. tract. cap. 9. n. 8. modò ea retorsio fiat in continenti. Vide, de ea questione, post alios, D. Franzkius exercit. 12. quest. 7. & d. resolut. 23. n. 39. quam sententiam, contra Rennemannum, prolixè tuetur Harprecht. ad §. Hec actio. 12. l. de injur. n. 108. & seqq. per l. 14. §. si libertus. 6. de bonis libert. d. l. quæ omnia. 25. de procurat. Nec obstat artic. 104. Constit. Carolin. Nam, ut mittamus ea, quæ Dd. alii reponere solent, v. Cothmann. 5. respons. 2. num. 111.



§. III. dicimus, illum articulum, cum suppositione ordinis & graduum, exaudiendum esse: nempe, ut imperitus, sine manifesta labe, & famæ jacturâ, se nequeat subducere: Ideoque famam, verbis laceratam, retorsione salvet; Adversarioque, verbera superingenti, verbera, defensivè, rependat: Eo autem necem, indefinenti impetitione, machinante; tum demùm servato defensionis moderamine, cædem invaloris impunitam fore. *conf. D. Franzkium. d. resolut. 23. n. 31. & seqq.* Unde judicium fieri potest, quid sentiendum sit, de indiscreto quorundam Dd. postulato vel problema- te, statuentium: Nobilem, pro honore proprio tuendo, posse aliquem interficere, nedum aggredi. *post Jul. Clarum in §. Homicidium. vers. Idemque & multò magis. Fachinaus. 3. consil. 82. num. 23. conf. Giurbam consil. 84.*

8. Denique (3.) nec minæ, armis statim sunt repellendæ; nisi sint conjunctæ, cum aliquo violentiæ argumento, quod, ex armorum præparatione, probabiliter colligitur. *l. sed & si. 5. pr. ff. ad L. Aquil. l. si quis. 3. C. ad l. Cornel. de Sicar. constitut. crim. Carol. V. artic. 140. Colleg. Argent. d. loc. 0. 7. n. 3. cum allegato Damhouderio. Latè Dn. Carpzov. part. 1. quest. 29. n. 56. & seqq.* Qua de re in tr. de ad- menatione latius dispiciemus.

(3.) Nec min-  
nitantia.

9 Realem ergo vim requirimus, quæ inferatur, vel per- sonis; vel rebus nostris. *Personis*, inquam, sive corporibus pro- priis, vel conjunctis. Ubi realiter vis inferri dicitur, cum corpo- ri hominis vis infertur, quæ vel pudicitiam, vel vitam attentet. *v. Iustus Menius in tr. de Defensione, concessâ humano generi, jure natura. vers. Est autem omnibus hominibus.* Nam, & eam vim, quibuslibet armis arceri posse, statuo, quæ contra pudicitiam directa est, per ea, quæ habet Treutler. *Volum. 1. disp. 1. 0. 4. lit. C. & allegati.* Add. *l. 1. §. pen. ad L. Corn. de Sicar.* Sic Marius Trebonium militem ado- lescentulum, qui Cajum Lusium, præfectum quendam armatum, stuprum sibi illaturum, obtruncaverat, non absolvit modò; sed etiam coronâ, quæ, propter insignia facinora, more patrio, dari solebat, coronavit. *Plut. in Mario. Coras. ad l. 1. pr. n. 10. de iust. & iure Cic. orat. pro Milone. Lessius cum cæteris moralistis lib. 2. de iust. & iur. cap. 9. dub. 12.* Utcunque sine magna ratione dissentiat Voetus *dict. tr. cap. 24. pag. 160. vers. existimamus.* Itemque Dn. Balduinus *lib. 4. de casib. consil.*



*consc. cap. 1. casu. 15. pag. 893. vers. Ita quidem illi.* Quod nullius honoris æstimatio tanti esse debeat, ut per vitam alterius redimatur. Siquidem Hominibus ingenuis stupri violenti metus (de eo enim hîc agitur) major esse debet, quàm mortis. *l. 8. §. 2. Quod metus causa.* Nec vita innocentis; sed hominis scelerati: cum virtuosi hominis pudicitia & honore comparanda est. Jam autem violentus pudicitia inuasor, scelerato ausu, supplicium meritus est. *arg. l. un. C. de rapt. virg. l. si quis. §. C. de Episc. & Cler. P. H. O. artic. 119. Obrecht. de necess. defens. c. 2. n. 5. & seqq.* Et latroni comparatur. *d. art. 119.* Ergò pretium tam scelerati sanguinis, cum pudore hominis, castitate & pudicitia collatum, nullum momentum meretur.

10. Minus autem habet dubii: an ea quæ vitam aggreditur, Violentia, armis arceri & profligari possit: non solum, cum jam percussio facta est; sed & ubi adversarius, in actu percutiendi proximo; immò etiam remoto, conspicitur: ut si cum armis veniat, è longinquo, te petiturus; tum enim maximè verum est: Neminem, primum ictum expectare teneri. *l. quod est. 3. §. eum igitur, qui. 9. D. de vi & vi arm.* Imò qui tum defensionem sui omittit, dolum perpetrare censetur, alterius verò culpam iustinet, *v. Bald. consil. 3. qui Bartolum propterea in inferno cruciari, scribit, quòd negaverit: extraneum, in periculo vitæ constitutum, non necessariò defendi. vid. Kremberg. de necessar. defens. quest. 2. & allegatos apud Dan. Ottonem cap. 11. iur. publ. p. m. 275.* adèd ut non solum, ob conjunctarum, sed & extranearum, personarum defensionem, impunè homicidium committi dicatur: secundum *Gail. 2. obser. 110. 19. Villalob. commun. opin. lit. O. n. 10. & seq.* Quam sententiam & nostram facimus iterùm, cum suppositione ordinis, de quo ex artic. 140. Constit. Carolinæ jam dictum.

11. In rebus autem nostris defendendis, ita armis uti debemus, ne tamen idèd quenquam interficiamus; cum rerum, licet preciosissimarum, nulla, cum vita hominis, etiam noxii, institui possit comparatio. Quod si, dum res nostras defendimus, quis nos violenter *κατὰ τὸ σῶμα* aggredi pergat: quia jam non amplius de rebus; sed de proprii corporis salute, agitur, impunè etiam, inuasor bonorum nostrorum, & infestator corporis occidetur. *Volz. Comment. ad L. Cornel. de scar. cap. 7. n. 98.* Ita accipe Cæpolam

lam



lam. 3. *consil.* 44. pag. 158. Molin. tom. 4. tr. 3. *disp.* 16. juxta gradationem & ordinem, quem ex artic. 140. constit. Carolinae, iteratò nunc insinuavimus. Quà ratione scriptum est, si quis nocturno furi, sine suo, rerumque suarum, Wesenbec. *parat. ad L. Cornel. de Sicar. n. 21.* periculo, parcere possit, eum impunè, non occidi: *l. furem. 9. D. ad L. Cornel. de Sicar.* nimirum quia tùm de rerum jacturâ tantùm; non etiam de vitæ periculo, agitur: (Quod in urbe præfertim, verum esse, non in agris, putat Cujac. 15. *observ.* 15. nempe quod in agris ubi major grassandi facultas est, qui noctu furantur, odio majore sint digni, *l. i. C. quand. lic. unic.*) Quod si absque vitæ discrimine, parcere ei non possit, impune eum occidi. *l. itaque. 4. §. Lex XII. Tabb. un. D. ad L. Aquil.* videatur Dn. Gothofr. *lib. 3. ad LL. XII. Tabb. pag. 46.* Bachov. 2. *disp.* Treutler. 30. *th. 3. lit. C. Racem. nostr. crim. 2. th. 50. & Racem. 3. th. 36.* Molina tom. 4. *disp.* 16.

12. Et hæc quidem ad objecta, & causam defensionis impulsivam, referenda videntur: Nunc, de Moderamine & Modo, cum primis est videndum. Observatio enim modi s. moderaminis, aliquando planè ab omni pœnâ absolvit; aliquando ab ordinaria. *Ab omni pœna*, liberat defensio (etiam ad cædem adversarii producta) ab eo interposita, qui constitutus fuit in præsentis vitæ discrimine: *ita Gordianus in l. is qui. 2. C. ad L. Cornel. de Sicar. add. l. 5. pr. l. 45. §. 4. ad L. Aquil.* Veluti, si aggressorem; *d. l. 2.* vel alium percussorem, ad se gladio venientem, repulerit: Tum enim nequaquam, per calumniam, uti homicida, accusandus erit, sed in nullo peccasse videbitur. juxta ejusdem Gordiani rescriptum, *in l. si quis. 3. C. d. t. ad L. Cornel. de Sicar.* Dubium autem vitæ discrimen, quodnam sit, variè Dd. disputant. Nos explicationi Carolinae in artic. 140. inhæremus. *conf. Wesenbec. in comm. C. Quand. lic. unic. n. 7. ibi: imminens periculum mortis, vel injuria personalis, quod ita incumbat, ut evitari aliter nequeat. Clem. 1. in f. de homicid. c. 2. ext. eod.* Quod si quis, in ejusmodi periculo, constitutus non fuerit, (hâc enim distinctione, nos hîc rectiùs uti, quàm Salomonii obscuriore, *inter moderamen defensionis, & inculpata tutela: cum moderata defensio, etiam sit tutela inculpata: utcunque hæc magnis viris placeat. vid. Dn. Carpzov. p. 1. const. crim. 28. n. 18. arguit artic. 142. Constit. Carolinae. vers. mehr/so vorgewendet wird*) tum pœna, juxta moderaminis

Et requirit moderamen.

Conf. Molina. d. tom. 4. tr. 3. *disp.* 16. n. 5.

Z

exces-





excessum, erit moderanda. Dn. Carpzov. part. 4. constit. 12. de fin. 8. & quæ infra in consilio de excessu defensionis s. de abusu armorum in articulo defensionis, disputabuntur.

Quod modo  
de amen  
respicit &  
extrema, h.  
c. initium  
& finem.

13. Moderamen hoc respicit & modum ipsum, & initium s. tempus. Ad initium s. tempus imprimis diligenter respiciendum est; siquidem cardo totius necessariæ defensionis consistit in probatione principii, non tantum offensionis, uti Dd. tradunt. ap. Dn. Carpzov. part. 1. qq. crim. 29. n. 43. Sed etiam ipsius defensionis. De eo ergo notandum: justam defensionem, ad alterius impetitionem ex continenti, fieri debere: *l. quod est. 3. §. cum igitur 9. D. de vi & vi armat. l. si filiusfam. 15. ff. ad SC. Macedon. l. si vitem. fin. §. fin. D. quod vi aut clam.* Vis enim, quæ ex intervallo, infertur, non ad defensionem; sed ad vindictam, spectat, *l. sed & partus. 12. §. queri. 1. ubi Cujac. D. quod met. caus. quæ omni jure est prohibita. Obrecht. d. l. cap. 10. n. 19.* Ut ad eò à Johanne Valero in lib. differ. utriusq. fori verb. defensio diff. 1. n. 1. 29. inepte hic differentia constituatur: Quasi in foro exteriori se vindicare liceat, per *l. 14. §. 6. de bon. libere.* ubi vel ultio *καταχρηστικῶς* intelligitur judicialis, per exceptionem interposita: *Vti cum gl. statuit Vmmius. diff. 14. de processib. corollar. sub f. aut per anticategoriam & criminis relationem. v. Cujac. 20. obser. 2. vel extrajudicialis per legitimam retorsionem in continenti, ad modum justæ defensionis suscepta. vid. D. Franzkium. 2. resolut. 23. n. 37. & seqq.* Nec minùs insubidè Grotius lib. 2. de jure belli & pacis. cap. 20. §. 8. jus aliquod naturæ nudum à legibus divinis & humanis abstractum introducit, quo vindicta etiam privata probetur; eoq; sine exemplum Samsonis & Plataensium apud Thucydidem subjungit. Quasi verò, juris nomen mereatur, quod à voluntate & lege naturæ naturantis abstrahatur. *v. not. ad pr. Inst. de I. N. G. & civili.* Quasi Heroica exempla, vel etiam publica vindicta: cum privata ista propriè accepta, à viro tam magno & subtili sine temeritatis nota, cum pernicie juventutis, *Grotiana omnia, bona mala, adorantis,* confundi potuerit. Omnis enim *ἐν δίκῃ νόμος*, in scriptura interdicitur *Roman. 12. v. 19.* Est enim propriè loquendo pœna, quæ pro injuria rependitur. Pœnæ autem impositio ad judicem, vel saltem superiorem, omni jure pertinet. Et contra ipsam naturam est, ut quis sibi met jus dicat. *v. Lessium lib. 2. de just. & jur. c. 47. du-*

bita 40.



lit. 4. Ad hoc autem initium s. tempus defensionis, referri etiam debet Quæstio: An impetitus ab armato, fugam arripere debeat? Quod, per inductionem, l. 1. §. vim vi. 27. ff. de vi & vi armat. rectè negat Obrecht. d. cap. 10. n. 12. jung. Treutl. 1. disput. 18. §. 7. lit. F. Lesius lib. 3. iustit. tr. 3. part. 3. c. 3. n. 2. præsertim, si sine periculo fugere non possit, Const. Carolin. artic. 140. ut, si vel locum certum non habeat quò se recipiat; vel si habeat quidem; sed ille aut nimis, à loco periculi, distet, aut facilè accedi non possit, citra metum lapsus, aut ædium recludendarum difficultatem. Dn. Franzkius d. exercit. 12. quæst. 6. n. 23. ut adèd Welsenbec. ad L. Corn. de sicar. n. 22. haut immeritò moderamen inculpatæ tutelæ, non ex facultate fugæ; sed ex circumstantiis, probandum esse, sentiat; quanquam is locus minùs probetur Colleg. Argent. d. l. §. 7. n. 4. Planè prætextus ignominie extra periculum, plenam excusationem non præstat. per d. ex l. 2. & 3. C. Ad l. Cornel. de Sicar. Quicquid alii constituent, ap. Ioh. Vaterum de differ. utr. fori. verb. defensio diff. 7. conf. conf. Facult. in causa D. Rinckii de Ann. 1636. Aldstedius in theologia casuum cap. 18. pag. 352. ibi: si fuga sit valde dedecorosa, ut cõringere potest in viro nobili: Non tenetur aliquis fugere: At si in vasus sit homo inferioris notæ & sortis, cū fuga ei non sit ignominiosa; si fugiendo evadere possit, tenetur fugere & non occidere. Nam ordine & jure charitatis, vita proximi præferri debet honori qualicunque: dummodo fuga non sit fugienti periculosa. Quod ad finem s. durationem justæ defensionis: sciendum est, eam durare & cessare debere, cum ipsa impetitione. Si enim aggressor tuus cedat, aut tergum vertat, injustè illi porrò instas persequendo; quia, jam ista tua persequutio, vindicta est, & cessante vi alterius, ipse vim facis. Obrecht. d. tract. cap. 13. n. 21. cessante enim offensione, cessare etiam debet defensio. c. cessante. 60. de Appellat. vid. cum multis allegat. Krenberg. de necessar. defens. quæst. 3. n. 29. Ut in capite; de abusu armorum per aggressionem coloratam, pluribus explanabitur.

14. Hæc in extremis defensionis, attendenda: In ipsa defensione, is modus servandus est, ne manifesta inæqualitas, vel ratione personarum; vel ratione armorum, defendenti possit objici. Ratione personarum, illa inæqualitas apparet, si puer, senex, mulier; juvenem robustum, vegetum petat: & robustus debiliorem vali-

& medium  
s. ipsum de-  
fensionis  
actum aut  
modum.



dius repellat. *Ratione armorum*, modum requirimus; Non, quod in conflictu, semper æqualia arma desideremus: sed ut ex imparitate, summam defensionis speciem labefactari, indicemus. v. *Dn. Carpzov. i. qq. crim. 28. n. 24. vers. Ut puta.* veluti si baculo levi petitus, aut manu inermi, gladio aut pugione repercutiat. v. *Damboud. c. 76. n. 14. ibi: si me quispiam invadat inermis.* (nisi declinandæ plagæ causâ, aut ubi justus metus est, alterum futurum superiorem) Item si quis ictum declinare facile possit; malit tamen impetentem se baculo, graviter gladio vulnerare, aut planè trucidare: certè, per defensionem suam, quæ ab initio licita erat, ob evidentem hunc excessum, in culpam incidet, quia vim illatam longiùs excedit. Unde inculpatæ tutelæ moderationem *in l. 1. C. unde vi.* forsan rectè quis dixerit & exposuerit; defensionem, quæ & ab initio justa est, & sine culpa, usque ad finem, decurrit; licet hæc omnia *Dd.* aliter explicent, quos vide, tum alibi, tum apud *Petr. Theodorici Colleg. crimin. disp. 11. §. 5.* Ut aded, non planè impossibile sit, generales hujus moderationis terminos ex culpæ interventu, non invitâ Jurisprudentiâ, constituere, veluti *Dd. communiter desperant.* Neque ita forsan satis accuratè loqueremur, si cum *Obrecht, d. tr. cap. 13.* absolutè definiremus: moderamè inculpatæ tutelæ, etiam tum excedi, cum quis minanti, aut injurianti, armis sese opponat: siquidem (1.) ex sententia *d. l. 1. C. unde vi.* vim priùs illatam esse, oportet, antequam justa defensio sequatur & opponatur. At, casibus ab *Obrecht* designatis, vis illata dici non potest, vel ex ipsis *Obrecht* traditis. Nec est (2.) quærendum, de moderamine defensionis, quæ ab initio statim, illicita est: sed ubi ab initio licita est defensio, moderamen illud tenendum est, ne culpa aliqua evidenter, defendenti possit imputari. Certè, homicidium nunquam excusari, hæc specie defensionis, poterit, si quis, extra vitæ periculum jam constitutus, occiderit: *l. 2. C. ad L. Cornel. de Sicar. v. Cothm. s. resp. 2. ubi etiam de fundanda jurisdictione paræ in paræ, notabilia suggerit. n. 25. & seqq.* Et faciliùs defensio; quàm occisio, excusatur. Sed ea de re, acutiores viderint. *conf. Consil. Facultatis Illustr. Comiti Penzio Anno 1647. mens. Decembr. scriptum.* Utique facinore aliquo cædis, aut vulnerationis admisso, & ut *Gallus* ille scribit: En matière de combats, qui premier met l'espee au poing, est coupable; et non

*Exp. l. 1. C.  
unde vi.*



DE MODO ARMIS IN CONFLICTU INCULP. UT. 181  
et non qui premier frappe: Comme en matiere de guerre, qui  
premier rompt la paix, est tenu de tous les maux, que fait celuy,  
qui prend les armes pour se defendre, contre la violence de l'in-  
fraction. discours. Mervilleux de la vie de Catarine. de Medicis. pag. 58.  
cons. l. quoniam. 6. C. Ad L. iul. de vi publ.

### C A P. III

*De sine & effectu concessi juris armorum: itemque  
de contrariis.*

I. **E**T ex his quidem, quæ modò de legitimo armorum usu dis-  
seruimus, facile cognoscere licet, quo sine, arma publicè  
privatimque indulta sint olim; vel etiamnum jure, more, consue-  
tudine aut privilegio indulgeantur. Nim. finis istius concessionis  
respicit vel necessitatem, vel securitatem. Necessitatem intellige  
vel publicam, puta cum cives, ingruente hoste, salutis publicæ tu-  
tandæ causa armantur v. *Ioachimum Schepliz ad consuetud. Branden-  
burgic. part. 4. tit. 26. n. 5. & seqq.* vel privatam: cum singuli muneris  
sui obeundi causa armis instruuntur. Securitatem autem potes  
subaudire iter faciètiæ, aut alias justum metum, præsidio armo-  
rum & moderata defensione, avertentium *Harprecht. ad §. 8. 1. de  
publ. judic. n. 8.* Denique finem dignitatis, in magistratibus aliisque  
personis honoratis licet intueri. *tung. d. sup. de hoplophoria cap. 1. §. 6.  
pag. III.* De Turcis refert *Busbequius epist. Turcic. 1. pag. 29.* Di-  
gniore apud eos locum haberi, sinistrum: Ideò, quòd eam par-  
tem gladius honestet: Et quòd is, qui sit in parte dextera, quòdam-  
modo gladium habeat sub manu ejus, qui sinistrum latus clau-  
dit: Ille verò eum gestet liberum & expeditum. (quòd olim quo-  
que judicium fuit Cyri, regis Persarum, ap. *Xenophon. lib. 8. Cyropæ-  
dias è quo v. Briffon. lib. 1. de regno Persar. p. 73. vers. Ordinem verò accu-  
bationis.* Nam Persæ, ut postea dicemus, semper erant armati, etiam in  
conviviis) At Europæi, sprete gladii existimatione, dextræ liberta-  
tem præferunt, qua gladius fortius educatur, sæpiusque de late-  
re isto acriter concertant: quomodo in hujus etiam anni actis pu-  
blicis, sub d. 27. Maii legebamus: *Der von Paris nach dem Haag  
abgeordnete Ambassadeur, Mr. de Bellieure, habe nicht zur aundiens*

Z 3

gelan



gelangen/ oder das geringste negocien können/ allein darumb / weil  
 len bey den visiten / so ihme von dene Ständen geschehen sollen / kein  
 Theil dem andern die rechte Hand zu haben/ gestatten wollen. *conf. de  
 honore dextra Chassan. part. 1. confid. 11. pag. 5 Buxtorf. ad cap. 3. Aur. bull.  
 6. 40. Nolden de statu Nobil. cap. 10. n. 81. Lips. 2. Elector. c. 2. p. 3.*

De effectu  
 juris quo u-  
 sus armo-  
 rum conce-  
 ditur.

2. Quocunque autem sine & respectu ὄμο. ἢ. ἔπιφορέας  
 jus alicui concessum fuerit, non sine effectu concessio ista relin-  
 quitur. Quemadmodum enim ii, qui arma prohibita, sive con-  
 tra prohibitionem, gestant, variis suspicionibus & pœnis one-  
 rantur: Ita, è diverso, illi, qui arma, jure permittente, gerunt, ab  
 his & similibus pœnis, oneribus & incommodis, liberantur, at-  
 que eximuntur. Initiò enim (1.) in his cessat doli mali suspi-  
 cio; *arg. l. hi qui. 11. §. fin. D. ad L. lul. de vi publ. per dicta superiore ca-  
 pite: etiam si in illicito loco gestant; Nam præsumtio juris nihi-  
 loscius est pro iis, quod ea dolo malo non gestent, per disputata  
 de sensu l. 10. ad L. lul. de vi publ. sup. pag. 160* (2.) Nec Magistratus fa-  
 milia perquirere potest arma, sub eorum vestibus, qui notoriè  
 privilegiati sunt. *Decian. d. cap. n. 10. quod, in specie, de Doctori-  
 bus, tenet Bart. in l. Medicos. 6. C. de Professor. & Medic. lib. 10. Decian.  
 d. lib. 3. cap. 3. num. 53.* (3.) Et si ministri, hujus ordinis aliquem,  
 aggrediantur, ipsumque discingere velint, potest is, de facto, re-  
 sistere, præsertim, si id, sine mandato speciali, faciant. *Decian. c. 3.  
 num. ult.* Quod si, de mandato Judicis, Officiales, aliquem arma  
 deponere, jubeant, rectè fecerit, si sequatur officiales ad Judicem;  
 consuadente Deciano, ex eo, quod notant omnes, *in l. 1. ff. de oper.  
 nov. nunciat. ubi nunciatio; licet injusta, spernenda non est. adde  
 l. ex quacunque. 2. si quis in jus vocatus. l. si quis. 5. ff. de judic.* Quod si  
 (4.) eo casu, ubi quis paratus est, cum ministris ire, illi nihilo-  
 minus Virum honoratum discingere moliantur, potest liberius,  
 hoc casu resistere. *Bart. in l. prohibitum. 5. illat. 2. C. de jur. fisci. lib. 10.  
 l. quoniam judices. 21. C. de Appellat.* Et (5.) Judex, qui notoriè  
 privilegiatum jubet discingi, injuriarum conveniri posse vide-  
 tur, *arg. l. injuriarum. 13. §. 2. ibi: si quis, quod decreto prætoris non ob-  
 temperavit.* Ergò, si nihil, contra jus fecit & injustè ita tracta-  
 tus fuerit, poterit agere, & *§. qua jure. 6. D. de injur. l. quod Reipubl. 33.  
 D. eod.*



*Deod. ibi: quod secundum bonos mores fit.* At hoc fit, contra bonos mores: Ergò. v. Wefenb. *de injur. n. 5. (6.)* Apparitor etiam qui aliquem discinxit, privilegium suum allegantem, de vi conveniri poterit, per ea, quæ habet Anton. Faber *in C. suo ad L. lul. de vi publ. & privat. defm. un. & Molina d. tom. 4. disp. 15. n. 2.*

3. Sunt tamen non pauca, quæ facultati huic aut derogant; aut vitium adferunt. Ubi (1.) illud, non immeritò, inquisitionem venit: An per statuta prohibitoria, (Cujusmodi supra indicavimus *de aphoplismo, cap. 4. §. 17. pag. 80. digitoque subindicat Carpov part. 3. Crim. qq. 132. n. 17.*) privari, hoc jure possint ii, quibus tacitè; vel expressè, secundum prælibata, armorum gestandorum facultas concessa est? Quod sine distinctione, definiri non potest. Principio namq; alia est ratio subditorum alia non subditorum. Quantum ad istos. Licet juri civili, etiam forensibus s. extraneis, per statuta, derogari posse, Jas. Bartolus & Dd. communiter, *in l. omnes. populi. 9. D. de justit. & jur. itemque Alber. de Rosat. lib. 1. quest. 7. de statut. velint;* tamen id semper accipiendum est, secundum modum concessæ, vel obtentæ jurisdictionis. Deciam. *ad l. imperium. n. 4. ff. de jurisdic. & consequenter, si superior, aut universitas, & inveterata consuetudo, (quæ fortior & potentior est statuto, illudque silere facit: Cravert. de antiquit. temp. 1. part. in princ. n. 42. Menoch. de A. I. Q. cas. 25. num. 49.)* alicui facultatem concesserit; ei speciali inferiorum statuto, vix poterit derogari. Socinus & alii *tom. 1. regul. jur. pag. 97. vers. seprimò fallit.* præsertim cum privilegia, ob merita, personis indulta, ne quidem à superioribus præter Imperatorem, *vid. Wefenbec parat. ff. de quest. num. 10. in fin. Enenckel. lib. 2. de privileg. in genere. cap. 6. sine magna causa, revocari queant, uti probat Quetra consil. 13. latè Enenckel. lib. 3. de privileg. cap. 7. & 9. nec coarctari, velut incolas, decet, qui verè incolæ non sunt: quæ sententia est l. est verum. 3. C. de incol. junct. l. 1. de tutor. & curat. dat. l. neque. 5. C. qui dar. tut. poss. vide iterum Bachov. vol. 2. disput. Treutler. 18. §. 2. lit. A. Alderan. Mascard. de general. stat. interp. conclus. 6. n. 1. & seq.*

4. Non-subditos autem dicimus, non solum advenas, quos Græci *ἐνοίκους* vocant, cujusmodi etiam sunt studiosi, quam-

*Contraria juris opinio seorsim derogatoria, in genere, statuta prohibitoria.*

Q.



diu in Academiis degunt; *Wesenbec. parat. D. ad Municip. num. 7.*) Sed & alios, qui domicilium nondum in eo loco fixerunt, quod jure Civili, decennii habitatione, induci, communiter statuunt, per *l. nec si. 2. C. de incol. Suarez. commun. opin. lit. D. num. 115.* Quamquam *Gail. 2. observ. 35. num. 8.* testetur, quod in Germaniæ civitatibus, passim incolatus, post annum, acquiratur, neque permittat Magistratus, advenam diutiùs ibi commorari; si, elapso anno, jura civium redimere nolit. Alibi, etiam brevior terminus præfigi solet; *vid. D. Mævium 1. Iur. Lubec. tit. 2. art. 2. num. 3. & seqq.* (Quod imprimis, de uxoratis exaudiendum, & de his, qui animum permanendi habent: cæteri verò, qui vel bellicos tumultus fugiunt, vel persecutiones religionis causa patiuntur, jure tutelari & protectionis utuntur, lassen sich beyhm Schirmgericht einschreiben: ut sunt exules, hospites & alii. *vid. D. Mævium d. lib. 1. juris Lubecen. tit. 2. artic. 2. num. 19.*) E contrario, Venetias annos 14. incolere, necessum est iis, qui jura civium plebejorum adipisci volunt, teste *Bodino 1. de Republ. 6.*

5. Subditi sunt, vel cives, vel incolæ, vel Coloni. *Wesenb. parat. D. ad Municip. num. 2.* de his, utpote dignitatis incapacibus, quæstio non est. *vid. quæ supra de rusticis dicta sunt tr. de Aphoplismo c. 4. b. 9. pag. 71.* Quod si civis, vel incola, quis factus sit, vel etiam in altera civitate, civis; in altera incola sit, (quod fieri potest, per *l. adsumptio. 6. princ. & §. ult. l. eius qui 27. in fin. D. ad Municip.* quæ jura per *cap. 16. Aurea Bullæ, Buxtorf. ad eandem, thes. 99.* sublata, non rectè arbitratur,) censetur, eo ipso, privilegiis suis hætenùs renunciâsse, quatenùs ea, sine exceptione, submitit jurisdictioni Civitatis: Sive enim Civis sit; Sive incola; jurisdictionis Municipalis exercitium procedit, immò, incola parere debet, non modò Magistratui domicilii, verùm etiam originis. *l. incola. 29. D. ad municip. Ubi Colleg. Argent. th. 9.* Quod tamen, de Consiliariis & ministris Principum, qui in civitate municipali cives sunt, non intellectum velim *v. D. Mævium d. lib. 1. tit. 2. artic. 2. nu. 34. & seqq.* Ea enim est statutorum ratio, ut superiorem, etiam cujus cum adprobatione ea facta sunt, non stringant. *argum. l. inquisitio. 18. ubi gl. C. de solut. Jacob. Schultes pract. quest. 3.* adeoque  
nec



meo ejus Consiliarios, non solum, quia pars corporis principalis sunt, per supra dicta; sed potius, quia leges Vestiariae, ministros Principis in genere, non attinent. *l. nemo. 2. Cod. de vestib. holaber.* quae etiam alias inferiorum luxuriam potissimum coercent. *Poli- cey-Ordnung der Stadt Straßburg. tit. 8. §. 17. ibi: der größte Pracht in der Kleidung/ ist bey den untern Ständen. aut, si subsistere po- test sententia Besoldi, 1. Polit. 12. §. 71. §. 4. quia privilegiatus, quam- vis incola sit, in personalibus, statutis non obligatur.*

6. (2.) Perdunt hoc jus illi, quibus id ordinariè com- petit, amissione potestatis, dignitatis, & functionis suae. (Sic, propter delictum, aliquibus in locis, Nobiles & Doctores cingu- lo privari, ex Claro, notat Reinkingk. *lib. 3. class. 2. cap. 2. num. 11.*) (3.) Ut & illi, quibus extraordinariè hoc jus indulgetur, cessante causâ ordinariâ, illud vicissim amittunt, per regulam: Sublatâ, vel cessante causâ, cessat effectus. *Tiraq. in reg. cessant. caus. Everhard. in loco à ratione leg. num. 6. & in loco à cessat. rat. num. 4.* (4.) Ca- dit etiam quis jure isto, per abusum licentiae, ut si quis, arma licitè ferens, iis abutatur. *vid. l. 4. Cod. Henric. lib. 8. tit. 7. pag. 231. B. per regulam, quâ privilegium amittit is, qui sibi concessâ, abutitur potestate. l. iudices. 9. Cod. de judic. Hippol. de Marfil. in pract. cri- min. §. pro complemento. num. 9. Decian. d. cap. 3. n. 62. Quemadmo- dum olim etiam. vid. Alexand. ab Alex. lib. 6. genial. dier. cap. 22. pag. 986. & apud Plaut. *Casina Act. 111. scen. 5. vers. 7. Eripite isti gladium, quae sui est impos animi. Et si quae sunt alia, quae ex superioribus, fa- cilè colligi possunt.**

7. Cæterum abusus ille committitur vel in usu primo, h. e. gestatione; vel in orto, seu ulteriore. In gestatione, cum (1.) *Ratione subjecti*, sive personarum, quilibet promiscuè, armo- rum gestationem sibi sumunt, quomodo de Germania, conque- ritur *Enenkel. 2. de privileg. mil. 33. n. 6. p. 182. ibi: At per Germaniam, maxima passim armorum libertas: Ensis enim accincti, etiam rustici, quò libet, vadunt. Quibusdam in locis, etiam bombardas, earumque exercitia, omnibus etiam rusticis, per- missa videmus. In Austria, post proximam rebellionem, pleris- que Agricolarum & colonorum, arma cætera adempta: Gladii ta-*

*In specie,  
causa alia  
completes:*

*Pugnantia  
cum armo-  
rum usu.*



men sive cultri majores, & similia tela, relicta. Rursus autem nuperrimâ Hungarorum & Tartarorum irruptione, omnes summo studio armati. Et infinita est hujus rei varietas. *Hac Illustris Enekel.* Qui tamen illic subjicit: Interim illud universè tenendum esse: Militaria arma nemini, *de jure*, sive ignobili, sive Nobili, permitta: quamvis, domi habere, nemo ferè prohibeatur; solos autem milites, isthac ubilibet; intra tamen disciplinæ suæ limites, non habere tantum; sed gestare quoque, uti, sive ornatus; sive exercitii causâ. velint. Immo, vim etiam, ratione postulante, iisdem inferre posse. (2.) *Abusus ratione Objecti:* cum arma quis indebita & in concessione, excepta gestat. (v. *Württemberg. Landesordnung. sub tit. der Fehr vnd anderer Büchsen halben pag. 21. ibi:* Diweil aber darauß (daß ihrer viel Büchsen tragen vund führen) allerhand thätliche Handlungen/Entleibungen/Mordtlich erschießen/Verraubungen vnd andere übel vnd vn Rath entstehen mag / vnd derhalben solches in keinen weg zugebulden / auch hiervon auff dem Reichstag zu Augspurg Anno 1530. verbotten worden ist. So gebieten wir demnach ernstlich/ bey vermeidung vnserer schweren Unge- nad vnd Straffe (alles nach gestalt der Ubertretung) vnd sonderlich/ neben andern/ bey verlehrung der Büchsen/ vnd wöllen; daß alle vnserer Vnderthanen / vnd ein jeder insonderheit/ so bisher Fehrer vnd andere Büchsen gehabt; die fürhin weder zu Ross noch zu Fuß über Geld oder sonst in einige wege gebrauchen: Sondern sich derselben gänzlich enthalten. Doch sollen hierinn außgeschieden sein/ vnserer Ober vnd Vnder vögte; vnd andere vnserer Diener/ welche die von ihrer Empter vnd Dienste wegen führen vnd gebrauchen mögen. Dergleichen alle Gerichts vnd Raths Personen/ auch andere Kauff- vnd Gewerbsleute in den Stätten; denen wir die allein zu Ross zu führen auch gnädig erlauben &c. *junge etiam s. So viel dann die frembden / & quæ præmissa sunt. supr. de hoplophoria. cap. 5. thes. 1. pag. 149. Enekel. lib. 2. de privileg. milit. 33. num. 4. & seqq. Barnab. Briffon. lib. 3. de regno Persic. pag. 287. & seqq.*) Aut congrua quidem gestat; sed (3.) *Ratione forma*, indebito modo, loco tempore &c. *In modo gestandi ipso*, peccare videntur, qui in dorsum gladios, quos ornamenti causâ gestant, rejiciunt: *latus enim cingent*



DE CONTRARIIS CONCESSI JUR. ET USUS ARMOR. 187  
cingendum est & ornandum; non clunes, in quibus Gallicanis  
hominibus hodiè subsultat (gladius.) In quos non neminem  
sic lusisse accepimus:

Ventri impendentem nuper gestare macherans  
Ventricolæ iuveni, lausque decusque fuit,  
Ast nunc à tergo ferri pars Martia pendet,  
Tergo ut turamen, quum fugit, ense perat.  
More patrum lateri, cur non accingitur ensis?  
An quoniam mundus, quæ nova, semper amat?

Et aliter:

Posticam iuvenes Alamodista ense tuentur,  
Fors quoniam virgam se meruisse sciunt.

Cingendum autem sive ornandum latus sinistrum vid. Lips. 3. de  
milit. Romana dialog. 3. pag. 176. Quanquam apud alios, etiam  
dextrum, & aliquando utrumque, ornabatur. vid. notata D.  
Limne. lib. 8. de jur. publ. cap. 9. num. 92. nempe & Romani milites  
dextra breviorē sicam ferebant; sinistra longiorē. Alexand.  
ab Alex. lib. 6. cap. 22. p. m. 973. Peccatur etiam (4.) circa locum &  
tempus Farinac. quest. 108. num. 136. Quemadmodum Persis vitio  
vertitur, quod & in alta pace, & ubique & semper, gladio ac-  
cincti, obambulant: ut Ammianus Marcellinus indicat, lib. 23. illis  
verbis: Omnes (Persæ) promiscue, vel inter epulas, festosque dies, gla-  
diis cincti, cernuntur: quem Græcorum veterum morem abjecisse  
primos Athenienses, Thucydides est autor Amplissimus. Jose-  
phus etiam lib. II. Antiquit. Iudaic. cap. 3. Reges Parthorum, inter  
epulas, à suis, cæsum obtruncatumque narrans, subjicit: Μαχα-  
ραροειν γὰρ ἐστὶ ἀπαισιον. Quod Romanis, qui non nisi in pro-  
cinctu, & sagis sumtis, gladio cingebantur, barbaricum videba-  
tur: inquit Barnab. Briffonius lib. 3. de regn. Persic. pag. 285. conf. Curt.  
lib. 5. c. 11. ibi: arma, quæ in sarcinis antea ferebantur. Vnde Ovid. lib. 5.  
Trist. Getas, semper ense accinctos, mordet. Certè mensæ, quæ  
pacis est & amicitiae socia, arma nequaquam videntur conve-  
nire: quod nostrates convivæ indicant; quando depositionem  
armorum hoc argumento suadent: Es sene hier gut Friede. Bo-  
nam hic pacem esse, adeoque non opus esse gladiis, Ioh. Guiliell-  
mus Souckius lib. 2. Antiquit. conviv. cap. 19. pag. 234. b. De templis &  
aliis



aliis locis exceptis d. pag. 153. & seqq. Jung. Rodolph. Hospin. lib. 1. de templ. cap. 12. Harprecht. ad § 8. Instit. de publ. iudic. num. 11. Ioachim Schepliz. ad consuetud. Brandeb. part. 4. tit. 26. num. 7. ubi cum Arniseo statuit: arma non esse ferenda in curiam aut Palatium: neque in hoc nobiles praeteris, quoad gestionem armorum, prerogativam habere. Carpitur (5.) & luxus nimius, si gladii auro & gemmis coruscent, vid. Tertullianum de habitu muliebri. cap. 7. Claudian. lib. 2. de rapt. Proserpin. ibi:

*Parthicae quae tantis variantur cingula gemmis,  
Regales iunctura sinus.*

Parthis enim, nullus ferè, auri argentique, nisi in armis usus. Iustinus lib. 41. E diverso elegantia & mundicies ubique celebratur. vid. Arrian. 1. 49. Diodor. 17. 18. & 21. Plutarch. in Alexandro, cap. 25. & 60. ubi armaturam Alexandri per partes designat.

8. Abusus notabilior committitur, in actu exercito, aggressionis, vel etiam defensionis. Aggressio, vel est planè dolosa, vel quadantenus colorata. Planè dolosa occurrit in sicariis latronibus & parricidis. De quibus dicitur in Racemat. Crimin. Colorata & causaria, vel est intentata sive affecta, vulgò admenatio dicta, vel perfecta: Qualis saepenumèrò commissa fuit, hisce temporibus, à provincialibus sive paganis, qui toti militum nationi infesti, aliquando insones vel sibi minimè noxios, odio professionis, trucidârunt; de cuius aggressionis & trucidationis poena, diversimodè est iudicatum. Circa Defensionem, occurrit armorum abusus sive eam consideres, ut suscipiendam sive ut susceptam. v. omninò Gödelm. lib. 3. de magis cap. 4. Farin. quest. crimin. 108. n. 68. & seqq. Qui uterque abusus & excessus quemadmodum sit coercendus, altioris atq; ulterioris est investigationis.







*De Generosis Dnn. Fratribus Ledeburiis  
in Jctorum cathedra Respondentibus.*



Ngens nobilitatis honor, virtute tueri  
Doctrinaq; Patrum semper avumq; decus.  
Nobilitas se praesidiis his extulit olim,  
Ut majestati proxima staret ita.

Id Ledeburiadum generosa propago facessit,  
Totaq; praesidiis se sacrat hisce probe.  
Pandectas complexa animo bene digerit, & cum  
Codice conjungens justitiam ipsam animat.  
Mentes egregias, animatas taliter, annon  
Pandochium dices luminis eximii?

*sec. honoris monument.*

Joh. Georgius Dorscheus D.  
Academ. h. r. Rector.

---

*E*uge bonis avibus cathedra conscendite pontem  
Nobile par fratrum, & legum monstrate per arma,  
Perq; illas armorum usum: sic tempore utroque  
Estis Principibus grati chariq; futuri.  
Accedat Divo patefacta πανοπηια Paulo,  
Et Vos armigeros dicam caelique soli q;  
In terris Ducibus gratos & in aethere Jovae.

Generosis & Nobiliss.  
Dominis Consalinis suis, Lmq; sct.

Joh. Otto Tabor D.



*Generosis & Nobilissimis Dominis  
Ledebaur, fratribus.*

**Q**uicquid agis, Germane vetus, spectaris in armis,  
Maximus Augustæ conditor historiæ  
Ceu docet: hinc nullus stupeas Orchestra Quiritum  
Genti armis primæ, si placet, atque fide.  
Vos etiam antiqua, vos, nobilitate decori,  
Martia Palladiis pectora qui studiis  
Excolitis; non arma magis quis gaudet Enyo  
(Hac licet eximius vester in arte labor)  
Clarabunt: quam sancta Themis, quæ temperat usum  
Armorum, Martem consilioque regit.


*Scrib. honoris causa,*

Robertus Königsmanus,  
Eloq. Professor.

**F I N I S.**













Le 2325<sup>c</sup>

ULB Halle 3  
002 714 663




Sf

VOM











10. 71  
COMMENTATIO  
De  
**HOPLOPHORIA**  
SEU  
**ARMORVM GESTATIONE**

AD  
Pleniorem *L. unic. Cod. ut armorum*  
*usus &c. intellectum directa.*

QUAM  
C. R. A.

SUB PRÆSIDIO  
Dn. JOH. OTTONIS TABORIS,  
JCTI ET IN ACADEM. ARGENT. PRO-  
FESSORIS PRIMARII, PRÆCEPTORIS  
sui plurimum colendi

*Publicè defendendam suscipit*  
CLAMER LEDEBAUR,  
Eq. Ravensb.

*Ad D. 1. Novemb.*

ARGENTORATI

Typis JOHANNIS PHILIPPI MÛLBI,  
ET JOSIAE STÆDELII,

Anno M. DC. LI.

